 ci quidem Ratione, qua Proculi fundamenta simul evereit; ex causa enim emptionis ad-
 ita ceteroruz tractus n̄. ante incipit Vucapio, quam per traditionem possessio fuerit acqui-
 sita, et si detur bona fides tempore contractus, malaque adit tempore traditionis, n̄. quidem in-
 terrumpit nondum coeptam Vucapionem, sed ejus initium impedit. Sed debere videtur Vulgaris
 exi. in l. Si aliena. to. de Vucap. ubi cum quaeretur, Vtrum emptionis, an traditionis initium,
 quoad bonam fidem inspicendum foret? At Vlpianus, obtinuit Sabinus, et Casij sent. ^{am} traditionis
 initium spectantium. q̄. falio diximus, Vtrumque tempus tractus, et traditionis attendi debere. Vtrum
 omnino Cusacio, quem sequuntur Arrin ubi supra num. 320. Valentia lib. 1. Illura. tract. 3. cap. 4. num. 19.

Oroz lib. 4. de Agric. cap. 6. num. 11. existimo, eodem in d. l. to. Optime intelligi posse, quia prius etiam
 exudat opus. Proponit Ulpianus, ut ex littera constat, rem bona fide emptam fuisse, et supponit bo-
 nam fidem tempore contractus, et disputat, an traditionis initium sit spectandum? Et spectandum
 Respondit: q. Expressè docet, duplici tempore bonam fidem desiderari. Non aequè facili est tñ. in
 d. l. 5. qui bona. 4. Veri. Nec simili. Pro emptore, ubi postquam dixit Ulpianus, q. qui recuperata
 possessioni tempore malam fidem habet, Vucapere n. potest, subiungit: Nec simili est ei, qui emp-
 tionis quidem tempore, putat fundum vendenti esse: q. Iulianus, solum emptioni tempore exigit
 bonam fidem. In hoc tñ. Veri pium diuisioni agnoscunt Cuiac. lib. 23. quart. Papin in d. l. 44. 52.
 de Vucap. et Duaren. ad tit. de Vucap. cap. 2. in fine, quæ sent. ferenda non è, tum q. Iulianus au-
 thor d. l. 5. Sabinianus fuit l. 2. 5. Pl. de Orig. Iur. Merill. lib. 1. priorum obseruat cap. 25. ut animad-
 vertunt Val. et Casto ubi supra. Tum etiam quia ipse Iulianus in terminis emptioni duplici
 tempore bonam fidem requirit in l. 2. 5. Pl. de public. in rem act. (de cuius explicat. cum S. Pu-
 bliciana. 14. ejusdem l. 7. consulendus Casto l. num. 32.) Nec melius Cuiac. lib. 44. ff. de Iulian.
 in d. 5. 4. quem plerique sequuntur, nec simili, sed nec dissimili legendum esse respondet; nam
 ut rectè obseruat Valentia d. Num. 19. Ratio illa, quam adducit Iulianus ibi. Cum enim semel
 amissa fuerit possessio, in initium rursus recuperata possessioni expectare oportet, omnino dim-
 similitudine ostendit. Sed nec ipse Valentia, q. quam promittit afferre melius solutione, n. pra-
 tat in tempore. Veritatem igitur inuenire mihi videtur magnus Cuiac. (quem miror praefato
 Interpreti non legisse) speciosa breuitate ad Pandect. in d. 5. 4. dum asexit, discrimen constituere
 Iulianum inter eum, qui recuperata possessioni tempore malam fidem habet, et eum, qui emptio-
 nis tempore existimat rem vendenti, sed cum tradit, scit alienam esse, Verum n. quoad effectum
 Vucapionis, quæ neutro ex his casibus procedit, sed in eo, q. qui recuperata possessioni tempore
 malam fidem habet, circa controversias tam in Proculi, quam Sabinii sent. Vucapere n. potest;
 qui Verò bonam fidem habuit emptioni tempore, sed traditionis initio scit, rem alienam esse,
 in sent. Proculi potest Vucapere, quamvis in sent. Sabinii, quæ obtinet, et quam amplectitur
 Iulianus, Vucapere n. possit. Quam solutione immensè sibi adrogaret quidam magni no-
 minis Antecessor, jam Regius Senator in suis ad num. tit. Comment. num. 11. qui potuit
 laudare Cuiacium multo ante ita respondentem.

N. 9

In omnibus ergo titulis exigitur bona fides
 tempore traditionis, ex quo incipit Vucapio, et ex eadem ratione etiam desideratur tempore
 recuperata possessioni, si forsan possessio fuerit interrupta d. l. 15. 5. Si quis. 2. de Vucapion. d.
 l. 7. 5. 4. Pro emptore, ubi duo stant huius regula exempla Primum si quis hominem, quem
 Vucapere coepit, vendiderit, et postea propter aliquod vitium latens per redhibitoriam ac-
 tionem sciat alienum esse. Secundum, si is, qui de fundo, quem Vucapiebat, n. dejectus posses-
 sionem per interdictionem recuperaverit, cum sciet fundum alienum esse, ut modo ex his casibus
 Vucapionez procedere dicitur, quia initium secunda possessionis vitium est; Vnde falsam censo
 communem opinionem, quam amplectuntur Cuiac. ad Pandect. in l. 4. 5. 11. de Vucap. Oru-
 ald. lib. 20. Comment. cap. 8. lit. R. Amaya lib. 3. obseru. cap. 1. 54. n. 59. qui decepti auctoritate
 tñ. in d. l. 5. penult. et Pl. de Public. in rem act. asexunt, publicianam actionem competere ei,
 qui ab initio bonam fidem habuit, quamvis exercenda actioni tempore in mala fide sit cons-
 titutus, quando interruptio possessionis intervenit, ex eo, quod mala fidei superueniens, sicut
 jam coepit Vucapionis cursum n. impedit, sic nec publiciana actioni exercituz poterit impe-
 dire, Verum namque è, ut ego existimo, publiciana actione exercituz poterit impe-
 di tempore malam fidem habet, quamvis ab initio coepit Vucapere, solum enim potest is
 agere publiciana, qui potest Vucapere, ut notum est, sed qui tempore recuperata possessionis
 scit, rem alienam esse, Vucapere non poterit: q. nec poterit exercere publicianam, quæ nu-
 llum ei commodum affert, nec quod superueniens mala fides Vucapionem n. intervertat,
 potest inducere publicianam; hæc quippe regula, quam animadvertunt Interpretes, solum ob-
 servatur, ubi possessio fuerit continua, et nunquam interrupta, et n. possessioni interrupta inter-
 veniet, mala fides, cui adest iterato adeptæ possessioni tempore n. interrupta, nec inter-
 rumperet potest Vucapionez, quæ non dum coepit ad vitium secunda possessioni eam incipere
 non simit. Nec offendit Nos tñ. in d. l. 5. penult. et Pl. de Publiciana, ubi ex eo, q. dicitur
 ad hoc ut Publiciana competat emptori, opus esse bonam fidem emptioni, et traditionis initio

interuenire non recte inferitur, bonam fidem n̄ desiderari exercenda actioni tempore, imò in d. 5. Vlt. dilecti responderet, bonam fidem adire debere n̄. solum emptioni, et traditioni in initio, sed et tunc, id est in statuenda actioni tempore, quamvis Verbum Tunc ad tempus tractu referat Orsualld. ubi supra =

N. 10.

Huius autem Regula, quae habet bonam fidem desiderari in initio adempta, seu recuperata possessionis duplicem exceptionem assignat Papin. in difficili tom. in d. l. 44. §. Cuius possessio- nis. 2. de Vucap. ubi docet, nonnunquam evenire, ut n̄. in initium praesentis possessionis, sed antiquior traditionis causa, quae bonam fidem habuit, inspicitur, Veluti circa partum ejus mulieris, quam quis bona fide cepit possidere, et priusquam emitteretur, alienam esse cognovit, et circa servum, quem cum quis bona fide possideret ab hostibus captum, mox sciens alienum postliminio recupera- vit. Vtraque tamen exceptio ex eo difficili redditur, quod possessio, ac per consequens Vucapio partus n̄. ante incipit, quam in lucem editus sit. l. Si ergo. ff. de Partu. 2. de Publiciana. §. Mala fidei, quae adire adempta possessioni tempore debuit partu Vucapionis impedire. Rursum possessio servi, sicut et cuiuslibet rei ab hostibus capta per captivitatem inextinguitur. l. Denique. ff. de A. P. 23. §. Item ei. 2. Ex quib. caus. majores. §. Mala fidei, quae datur tempore recuperata possessionis servi postliminio reverti debuit in initio Vucapionis obstitere. Reser. lib. 4. Opuscul. cap. 12. num. Vlt. et lib. 6. cap. 11. n. 6. respondet, Regulam, quae exigit bonam fidem tempore presen- tis possessionis locum habere, cum nova possessio acquiritur, aut recuperata ex nova causa, qua- li est redhibitio, aut recuperatio per interdictionem Unde vi, ut in d. l. 7. §. Pro emptore, n̄. Verò cum nova possessio provenit ex Veteri causa, ut in d. l. 44. §. 2. ubi partus in lucem editus n̄. ex nova, sed ex Veteri causa possidetur, quamvis enim cum matre pregnantem venditur proprie- tati n̄. possit. l. Si pregnantis. ff. de Action. Empti, tamen occasione, et sic pro emptore possi- dere intelligitur. l. Non quocumque. ff. de Iulianus. ff. de leg. 1. §. Si id quod. ff. de leg. 2. et servus postliminio revertus n̄. ex nova, sed ex Veteri causa possidetur. l. 43. ad legem Falcid. l. Si ma- ter. ff. de A. P. 23. §. Eadem. ff. de Except. Rei judic. Quae solutio ex eo n̄. potest subtrahere, quod in d. l. 7. §. per actionem redhibitoriam, aut interdictionem Unde vi nova possessio ex Veteri etiam causa recupera- tur, ut evincunt text. in d. l. facta. 60. de Adilitio Edict. d. l. 3. §. de vi, et vi arm., et tamen recuperata possessionis tempore bona fidei exigitur: §. Verumque ratio ex eo desumenda est, quod partus simul cum matre pregnantem traditur intelligitur. l. Vlt. §. Proculius. §. Qua in fraud. credit. et ubi in lucem editus inde habetur, ac si eo tempore Deceptionis fuisset in reum natura. text. in l. penult. de statu homin. l. Cum quidam. ff. de acquit. hered. et pariter servus captus (sape is, qui in utero est, capto ab hostibus equiparatur, ut noviter inde explicans difficultem tom. in l. 2. in prin. de Collat. bonor. praeterito anno, observari in methodico Com- mento ad titulum C. de Collation. cap. 1. n. 11.) qui ab hostibus reddit, peninde habetur postliminio potestate ac si nunquam captus fuisset, et sic partus in lucem editus, et servi postliminio re- verti non tam nova possessio acquiritur, quam Verus derogatur quoad causam bona fidei ad Vucapionem requirita, docent ex Cusacio lib. 23. qua. 12. Papin. in d. l. 44. §. 2. et late prosequen- tur Amaya lib. 3. observat. cap. 1. et 2. n. 61. et §. 3. n. 20. et §. 4. n. 33. A. in ad Rubric. novor. tituli num. 208. cum 2. seqq. et ad l. t. C. hoc tit. ex n. 18. explicans tom. in d. l. 45. ff. de Vucap. et in l. Ancillam. ff. Pro suo, qui tanquam ad partum ancilla futurae pertinetes n̄. onerant presen- tem inspectionem =

N. 11.

Ex eo quod bona fidei exigitur adempta possessionis tempore, facile colligitur, q. semel utiliter captam Vucapionem mala fidei supervenienti non interrumpit. l. Bona fidei. ff. de acquit. rer. domin. d. l. 98. de Vucap. l. 2. §. Si servus. ff. Pro emptore. l. Vnica. Veri. hoc tan- tummodo. C. de Vucap. transform. quia bona fidei in id solum desideratur, ut justam reddat posses- sionem, quae ubi semel ab initio iusta fuerit, propter scientiam rei aliena iniusta effici n̄. potest, cum nemo ipse possit mutare causam possessionis, sive in melius, sive in deterius. l. Si de eo. ff. de S. Servum. 2. de acquit. posses. tradit Orsualld. lib. 5. Commene. cap. 1. lat. C. in quo maxime dicitur Vucapio a fructuum acquisitione, quam impedit superveniens mala fidei. l. Qui bona fidei. ff. de S. t. d. l. 98. de acquit. rer. dominis. Cujus differentia rationem praeter Interrup. ad S. Sig. a n. Dno. 35. In init. de Res. divisi. Explicans Cusac. tract. ad African. in d. l. 40. §. 2. de acquit. posses. et Donell. lib. 4. Commene. cap. 24. Quae doctrina n̄. solum in mobilibus procedit, quamvis Donell. d. lib. 5. cap. 1. existimaverit, rerum mobilium Vucapionem interrumpi superveniente mala fide ex eo q. Simul

4
Simul atque rem mobilem alienam esse cognovit, et eam retinet furtivam inuicibilem reddit
ex lege Decemviri. Quae sententia ex eo facile convincitur, scilicet quod is, qui bonam fidem ha-
buit, et rem, quam possidet alienam esse furtivam facit, cum rem detineat animo implenda Vucapi-
onis, quam Iure potest implere, et sic furtum non committit, ut cum iudicio animadvertit D. Retes d.
2a parte de Vucap. secet. 15 num. 9. qui tamen non recte Donelli sententiam admittit eo casu, quo
post superveniens malam fidem is, qui erat in via Vucapiendi, rem incipit occultare,
et Domino subducere, quia illam potest apprehendere, quam ideo Vucapere non potest et tendit,
quia propter contraventiones, et occultationes rei furtum facit. l. Qui va. 48. 5. §. si Dni.
defurti; animadvertere enim debuit vii doctissimi, eum, qui cepit Vucapere, quam-
vis postea in malam fidem incidit, et rem celare incepit, non eo magis furtum com-
mittere, quam si quilibet occultatio rei aliena furtum facit, decidemus, quae est frau-
dulenta, ut constat ex furti definitione, et d. l. 48. 3. Porro fraudulenta dici non potest
occultatio rei alienae post superveniens mala fides; qui enim scit, se rem adhuc Vuc-
capere posse, et Iure occultare, et Domino subducere, et sic cum furtum non committat, Vucapi-
onem perficere potest. Nec obstat tibi in d. l. 48. 3. pro cuius interpretatione consulendi erunt
Interpretes in fine praecedenti numeri laudati. Vnum illud moneo, hanc noxiam Iuri dici-
plinae Pontificum Iuri abrogare, cum neglectis subtilitatibus animarum salutem intueatur,
continuum bonam fidem desiderat, et mala fidei possessiones nullo unquam tempore Vuc-
capere permittit. cap. Vlt. extra de Praescriptione. Regula Possessor. 2. de Reg. Iur. lib. 6. de qua re, ne
in aliam meam mittamus falcem, videndus plures referens D. Gonzalez plures referens in d.
cap. Vlt. de Praescriptione =

Supereest, ut despiciamus, in cuius persona bona fides ad Vucapionem
requiritur sit eximanda, et aserendum est, bonam fidem exigi Vucapiendi, quod non
frustra monemus, sed quia licet per procuratores ignorantia alicui acquiratur possessio. l. 34.
St. de acquir. posses. l. 1. C. cod. tit. Vucapio tamen non nisi scienti Domino acquiratur. l.
Possessio. 49. 6. Vlt. eod. tit. l. Si rem subreptam. St. de Vucap. tibi sic intelligi in 5. pen. Intra
Per quas personam cuique acquiratur Dominum, quem Vucapere constat, bonam fidem habere oportet,
in quo multum differt servus a Procuratore. Quod ut percipiatur, sciendum breviter est,
quod regulariter ubi possessio per servum Domino acquiratur, non aliter Dominus Vucapere potest,
quam si utriusque servi scilicet et Domini bona fides interveniat, servi, quia est instrumen-
tum acquisitionis, et Domini, quia ipse est Vucapiens. l. 43. 5. t. de Vucapionem. l. 25. Pompon. 13.
et 5. Et si. A. Pro Emptore. docet Cusac. in d. l. 43. 5. t. et tract. 8. ad African. in l. Cum man-
cipium. St. de Adilit. Edict. At hac tamen Regula ille casus subducitur, quo servus ex causa pe-
culiaris possessionem nanciscitur; tum enim etiam ignorante Domino Vucapio procedit, dummodo
servus bonam fidem habuerit. l. 1. 5. Item acquirimus. 5. Pen. Igitur d. l. 49. 5. t. de acquir. posses. l.
Labeo. 8. tibi sic intelligi in l. 18. de Vucapionem. d. l. 25. Si servus. cum 3. 55. segg. cum l. 1. 5. Vlt. Pro
Emptore. Cuius specialitatis rationem, et differentiam quoad hanc rem inter servum, filiumfam,
et Procuratorem, non in re vulgari immoremur, alio, referens tradit Valentia lib. 2. Illust. tract. 2.
cap. 8. num. 18 =

Rursum quaeri solet, ubi data accessio possessionis an auctori, an successorum bona
fides ad Vucapionem attendatur? In qua re Universi Iuri successores a particularibus separantur,
et quoad Universales Veluti haeredes bonorum possessiones, et similes ita bona fides auctori expec-
tatur, ut si bona fide Vucapere ceperit, ipse quamvis malam fidem habeat, propter Vucapionem
perficere, et ex contrario mala fides auctori si eum noceat, ut et non maxime bonam fidem
habeant, non modo uti accessione possessionis non possunt, sed nec Vucapionem incipere. l. 11. de diver-
su, et tempor. praescriptione. l. Vlt. C. Communia de Vucapionem. 5. 12. Intra de Vucap. Ratio facile
denumeratur ex eo quod Universi Iuri successores auctoris sui personarum representantes d. l. 11. de
diver. et tempor. praescript. cum vulg. in eadem tamen persona Iure civili receptum est, ut mala
fides obicit initio, non vero incipit Vucapionem. Unde tibi in l. 11. C. de acquir. posses. qua-
tenus avertit, quod vitia possessionum a maioribus contracta perdurant, et successorem aucto-
ris sui culpa committatur, tam in 1a quam in 2a parte de successore Universali accipiunt Cusac.
2. cap. penult. de Veritur. Spoliator. et Giphani in eadem l. num. 6. quamvis aliter, nec impro-
babilitate primam ejus partem ad Universales, et secundam ad particulares successores refe-

N. 12.

N. 13.

xant Donell. lib. 5. Comment. cap. 4. et Añin ad l. 1. C. hoc tit. num. 18. Aliud sane procedit in particula-
 ribus successibus, veluti emphyteutibus, donatariis, et huiusmodi, quibus bona fidei auctori, cuius per-
 sone vicem non gerunt, prodesse non potest, si ipsi malam fidem habeant, non est conversio mala fidei au-
 thori nocere debet, dummodo sint bona fidei possessores d. l. 1. §. Proxator. ff. de Publiciana. d. l. 1. §. Pro-
 curator. 6. Pro emphyteute l. An vitium. §. in pro. de diversi. et tempor. precipe. l. 3. de Pericul. et Com-
 modo Rei Vend. l. Si partem. §. h. tit. nisi velint uti accessione possessioni. l. Pompon. §. 1. de Acquir.
 posses. Vitiosa etenim possessioni nulla alia potest accedere. d. l. 13. §. Ut quod indirecte observa-
 tur, sive ex onerosa, sive ex lucrativa causa qui successor sit. d. l. 5. de diversi. et tempor. precipe.
 Nec in contrarium facit eod. in l. 4. §. De auctori. 2. et §. Si quis autem. 29. cum 2. reg. de doli mali.
 et merui except. pro cuius intelligentia videndi sunt Cusac. in d. l. Nemo. §. 1. de Reg. Iur. Donell.
 d. lib. 5. cap. 20. et ibi Orwald. l. 1. §. Añin ubi nuper. num. 26. Hoc autem sui aliquatenus emmen-
 davit Iustin. in authent. Mala fidei. C. de Precipe long. tempor. quae explicat. n. indiget.

No 14.

Quod diximus, malam fidem Authori particulari successor n.
 nocere, obinet quidem in rebus immobilibus, quarum furtum fieri n. posse constat ex l. Quam
 Tem. 38. de Vucap. in quibus terminis signanter procedunt eod. in d. l. §. 6. Pro emphyteute et in d. l. §.
 C. hoc tit. ex quibus explicandi, et restringendi sunt eod., qui indefinite loquuntur in d. l. §. 1. ff.
 de Public. et in d. l. §. 5. de diversi. et tempor. precipe. cum similibus; In rebus autem mobilibus pro-
 cedere n. potest, quae per traditionem mala fide factam furtiva, et sic inuicapi-biles reddun-
 tur. l. Alienum. 6. §. 3. l. Si servum. 16. C. de furtis. l. 1. §. Sciens. 7. C. hoc tit. l. 2. C. de Vucap.
 Pro donato. §. Quod autem. 3. Veri. Nam qui sciens Inuit. de Vucap. Cum enim Venditor ab
 initio scivit rem alienam esse, quia Vucapere non poterit, furtum per diversionem commi-
 tit, quod et committeret, et si intervertendi animo res sibi retineret. l. Inficiando. 67. de
 furtis; Si vero siquis ab initio bona fidei possessor fuerit, postea in malam fidem incidat,
 et rem divertat, non ideo furtum committit, quippe cum possit Vucapionem implere, dum
 divertat, Iure suo utitur, et sic fraudem non facit, quapropter emphyteute n. solum rem Vucapere,
 sed et accessione possessioni ex persona Venditoris uti poterit, ut cum iudicio observat Cu-
 jac. ad Pandect. in d. l. §. 6. Pro emphyteute, et cum secuta Arnoldus Vinn. in §. furtiva. 2. In-
 tit. de Vucap. num. 4. Quorum sent. a poterit illustrari ex huius, quae dicitur num. 11. contra Donell. et
 Retes, et haec de bona fide ad Vucapionem requisita sufficiant ~~~~~

Caput tertium.

De iustis titulis, ex quibus procedit

~~~~~Vsucapio~~~~~

Num. 1.

Desiderat enim Vucapio iustum titulum. l. Nullo. 24. C. de Rei vindic. l. Si nulla
 de acquir. posses.; Iustus autem titulus ille dicitur quoad causam Vucapionis, ex quo tra-
 ditione secuta dominium transferretur, si a vero Dño originem habuerit. l. Cuiusque. 13. de
 Publiciana. l. Clavibus. 74. de Contrah. emph. Unde tituli temporales, qui nec a vero domino
 facta traditione habiles sunt ad translationem dominij, veluti Pignus, Depositi, Locatio,
 Precarium, et Commodatum Vucapionem n. pariunt. l. Pignori. 13. l. Non solum. 33. §. 1. in fine.
 de Vucap. et ex contrario tituli perpetui, qui ubi a vero Dño proficiunt, dominium trans-
 ferunt, a n. Dño facta traditione praestant Vucapienti conditionem, veluti stipulatio, et per-
 mutatio, in quibus agitur de dominio transferendo. l. Si i qui. 15. §. Ut de Vucap. l. 2. in pro.
 Pro emphyteute, iunctis l. 25. §. 1. de Contrah. emph. l. 1. §. 1. Ideo. 3. de rei permut. et emph. et vendi-
 tio, in qua et id agi n. potest, ut precise dominium transferatur juxta eod. in l. Ut de Cond.
 caa data, si intelligi juxta interpretationem Azonis, quem sequuntur Cusac. lib. 23. obier. cap.
 29. Donell. lib. 23. Comment. cap. ubi et Orwald. l. 1. §. Connan. lib. 13. Comment. cap. 15. Marcus
 Syclama lib. 6. memb. eccl. 6. et D. Retes lib. 2. opuscul. sec. t. cap. 2. num. 4. tamen nec licet pacisci
 ne dominium transferatur. l. Cum manus. 10. §. 1. de Contrah. emph. ubi Cusac. ad Pand.
 Donell. d. lib. 23. cap. 1. et tit. estimatio, quae emphyteuti similis est. l. Eius rei. 46. de Rei vindic.
 l. 3. §. 1.

l. 3. §. 1. de Publiciana. l. Si propter. 22. Rerum amotar. l. 1. l. 2. §. 5. Pl. cum l. §. 2. Pro emptore. Ut au-
 tem emptio causa efficiat sic ad Vucationem, puiē contractaz emptioez, et venditioez esse oportet,
 alioquin si sub iniunctiva condicione fuerit celebrata, et rei tradita sit, dum pender conditio ex de-
 fectu tituli, Vucationez precedit. l. Vbi autem. 1. in p. de in diem addict. l. Necessario. 8. Veri. quod i.
 pendente. de Periculo, et Commodo. d. l. 2. §. 5. Si sub traditioe. 2. Pro emptore. Et hinc facile explicatur tōi.
 in l. 2. Pro dote, ubi si res estimata ante nuptias dōti causa tradita sit, ante secuta Vucatiō n. ponit;
 quippe cum estimatio rei dotali regulariter faciat emptioem sub condicione si matrimonium
 fuerit secutum. l. Plerumque. 10. §. Si an matrimonium. 1. de Iure dotum, ante existentiā ditionis,
 id est ante secutum matrimonium deficit titulus Pro emptore. Explicant Cusac. ad Pand. et lib. 54. Pau-
 li ad Edict. in d. l. 2. Pro dote, Peri. Barb. in Rubric. ff. Solut. matrim. l. parte. num. 17. et Bartholom. Che-
 sius lib. 2. interpret. cap. 26. à n. 29.

N. 2

Sed obicit, quod traditio rei sub condicione debita facta, dum
 pender conditio, efficax est ad translationem dominij. l. Sub condicione. 16. de Solutione. §. et ha-
 bili debet esse ad Vucationem. ex regula tōi. in d. l. 13. de Publiciana. Cujus difficultati ut respon-
 deat Cherius. d. cap. 26. num. 17. avertit, proprium esse emptioez, et venditioez, ut ejus causa si ve-
 pure, siue sub condicione fuerit contracta, etiam secuta traditioe, n. aliter dominij in emptorez
 transferratur, quam si venditori pretij soluerit, vel alio modo ei satisfecerit. l. Quod vendidit. 13. de
 Contrah. emp. et 5. Vendita. 4. In iur. de Verum divi. et si rei vendita pendente condicione tradatur, cum
 pretium solum dicit n. ponit, non dum perfecto contractu Vucationez cessat; Et tamen Cherij
 solutio solum probat, rem venditam pendente condicione traditam Vucatiō n. posse. titul. Pro emptore, qui
 tunc demum prestat Vucandi condicionez, cum pretij solutio interveniat, ut ex eo evidenter
 probatur, quod ille titulus Vucationez parit, ut nuper dicebam, qui n. à vero Dño ortum habeat, do-
 minium transferet; emptio autem ante solutum pretium dominij n. transfert: §. nec aliter effi-
 cax est ad Vucationem, quam si pretium solutum jam sit, observant Cusac. ad Pandect. in l. 2. §. 1.
 de Contrah. emp. Omuat. ad Donell. lib. 4. Comment. cap. 16. lit. a. D. Verum huic doctrinae opponitur tōi
 in l. De pretio. 8. de Public. in rem act. ubi in exercenda Publiciana in rem actione, qua ei solum com-
 petit, qui Vucare potest, n. e. querendus, an pretium solutum sit ab emptore? Respondet, quia de
 soluto pretio nihil edicti Verbi exprimitur: §. contractus emptioez, et venditioez etiam non dum
 soluto pretio prestat Vucandi condicionez. Sed quamvis Anton. Faber in Rationali ad d. l. 8. et no-
 ter D. D. Nicolai Fern. de Castro addit. princip. In iur. de Emp. et Vendit. n. 17. ubi textu auc-
 toritate d. pulsi ex causa emptioez, et venditioez etiam ante solutum pretium Vucationez con-
 tingere, et publiciana competere sentiat, adhuc à superiori Omuat. Cusacij, et Cherij sententia,
 quam longè veriorē, recedo; quin nos offendat tōi. in d. l. 8. Cui responderi posse ex tōi. idē
 ubi avertit Consultum in exercenda actione publiciana exquirere n. oportere, an pretium solutum
 sit, §. sufficit, emptorem ostendere fidem sibi de pretio habitam esse, ut ponit Vucare, et per pu-
 bliciana, sicuti et per traditioez rei vendita factam à Dño habita fide de pretio dominium
 in emptorem transfertur. d. l. 13. de Contrah. emp. tōi. sic intellig. in l. In civile. 12. C. de Rei
 vindic. d. 54. In iur. de Verum divi.; non autem probat superior Cherij solutio (ut ad vram
 Redeamus) rem venditam pendente condicione traditam Vucatiō n. posse titulo speciali Pro suo,
 qui nascitur ex voluntate venditori rem tradenti, quam habere oportet ex regula tōi. in §. Per
 traditioem. 40. In iur. de Rerum divi. exemplo rei in estimata, qua licet ante nuptias Vu-
 capiat n. ponit, titulo Pro dote, quia nullum ante matrimonium Vucatur, titulo Pro suo, quod
 proveniat ex sponsa voluntate potest Vucari. l. 1. §. Et primum. 2. Pro dote. Quare dicendum po-
 tui ē, quod et si regulariter present. traditio rei vendita sub condicione dominium transferat,
 d. l. 16. de Solutione. Si tamen ea fuerit tradenti voluntas, ut n. ante dominij transferatur,
 quam conditio obligatioez sitent, rata habetur. l. 2. §. Si pecuniam. 5. de Donatione. l. Qui ab-
 sent. 38. §. 4. de acquir. pōn. d. l. 5. 2. Pro dote, juncti, que tradunt Brioni de Solut. tit. de
 Except. et Peri. Faber lib. 2. Semer. cap. 22. ac proinde hujusmodi traditio inefficax est ad Vuc-
 atioez, et in huius examini accipiendis existimo supra expensis tōi, quatenus docent rem Ven-
 ditam pendente condicione traditam absolute, nec pro emptore, nec pro suo Vucari posse.

Hic de emptioe, et venditioe sub iniunctiva

N. 3

Conditione contracta recte dicuntur; aut emptionis contractus fuerit sub resolutiva conditione ce-
 lebratus, utpote pure perui, ita utilis e. ad Vucapiōez, si cui et efficax est ad dominiū translationē, si
 à vero Dño fuerit profectus; Vnde si quæzatur, Verum ex Emptione contracta sub pacto in diē additiōis,
 aut sub lege commissoria secuta traditiōe conferim procedat Vucapio? Quæstionis resolutio ex eo pendet,
 an scilicet Traditiōalis, an pura sit hujusmodi Venditiō? Super quam rem abstercationē, quæ sitit inter
 Proculum, et Sabinum, distinctioni federe sedavit Vlpianus in l. 2. de in diē addit. dum docet ad
 ignoranduz Venditiōis naturaz multum interuenire, quod inter contrahentes actum sit, ita ut si conven-
 tiōis formula per fictionem tractus in casu non data ab extraneis melioris conditionis, aut pretij ab
 Empt. intra præfixum diē n. solim perficiatur, conditionalis omnino sit Venditiō, et nec perfecta
 dici possit ante expirantiā Traditiōis. ex Vulgari reg. tōi. in l. 1. de Venditiō. de Contract. Empt. nec in-
 terim præstat Vucapiendi conditionē. d. l. 4. in præ. de in diē addit. Si autem ea fuerit contra-
 hentiū conventio, Veritate contractus perficiatur, et ejus dumtaxat resolutio in casum allata melio-
 ris Traditiōis, aut pretij intra designatum diē ab Empt. n. soluti d. cedatur, proculdubio præ-
 erit Venditiō persolvenda sub conditione, et sicuri si à vero Dño proveniat, traditiōe rei Vendita
 dominiū in Emptorem transfert. l. Si quid ac lege. At de Rei Vendit. d. l. 4. §. Sed et Marcellus. 3. de
 in diē addit. l. 2. de lege Commis. l. 3. et 4. C. de Pact. inter Emptor. et Vendit. tōi. in l. Statu
 liber. 38. (non obstat hi) §. Vlt. ad leg. Falci. d. pro cuius explicat. Videndi Goveanus in eodem tōi.,
 et Anton. Faber in Rationali ad d. l. 4. de Rei Vendit. circa medium et ad d. l. 4. §. 3. de in diē
 addit. circa finem, sic à n. Dño facta conferim præbet Vucapiendi conditionē d. l. 2. §. de in
 diē addit. l. 2. §. Sabinus. 3. cum seq. Pro Emptore. Vnde facile intelligitur tōi. in §. Sed et illa
 Emptio. §. ejusdem l. 2. junctis l. 3. de Contract. Empt. l. Si prædium. 4. C. de Adilitij. actionib.
 Conducuntque lætè ad titulum ff. de in diē addit. et de lege Commis. =

Sed dicit aliquis: Quam-

N. 4.

vii ex emptione contracta sub pacto in diē additiōis illico procedat Vucapio, tamen ex
 Emptione sub lege commissoria celebrata n. statim Vucapiendi potestas potest competere, lex qui-
 ppe commissoria ita concipiatur, ut si intra certum diē pretium solutum n. fuerit, rei inempta sit.
 d. l. 2. de lege Commis. ante solutum autem pretium nec dominiū, nec Vucapiendi facultatez
 Emptor acquirit, ut num. 2. fundavi, et id videretur docere Paulus in difficili, et ignoro ad rem
 tōi. in l. Amilius Larianus. 38. de Minori. ubi aseritur, quod si pupilla, cui pater fundum
 emerat, pretium n. solvit, sub lege commiss. hæret empta, et emptio resolvitur, nec ullum
 expituz Prætoris decretuz. §. supponit ex defectu solutionis pretij, n. tamen ex emptionis
 causa dominiū in Emptorem fuisse translatuz. Pater conseq; nam aliōquin semel acquirituz
 dandi dominiū adhuc resolutio tractu sine decreto Prætoris amittere pupilla n. potuisset,
 cum expeditum sit, minori fundi dominiū, tamen si resolvable amittere sine decreto Prætoris
 n. posse. l. 4. l. Magi. §. 5. Si fundum. 8. de Reb. eor. qui sub tutela, vel cura n. §. titulus emptionis
 sub commissoria lege contracta, quemadmoduz n. parit translationē dominiū, sic nec præsta-
 bit Vucapiendi conditionē. Hinc difficultati respondeo, cum, qui rem vendit, sub lege commi-
 ssonia Emptori fidem sequi, cum ei diē statuat, intra quem diē pretium solvat. as-
 sum. tōi. in l. Ad solutionem. 5. C. de Rei Vendit. et sic ex Venditiōe efficacem tituluz ad Vucapi-
 enduz oriri. iuxta ea, quæ dixi num. 2. Nec contrariuz suadet tōi. in d. l. 34. in cuius serie
 ideo pupilla ob n. solutum sua diē pretij abique Prætoris decreto fundi dominiū ami-
 tit, quia resolutio legi commissoria potestate ipso Iure contingit abique ullo facto pupi-
 lli, supra quod cadere decretum potest, junctis quæ docent Arias de Mesa lib. 3. Variaruz
 Resoluz. cap. 25. per totum, et D. Olea de Cessione Iur. et action. tit. 2. quæz. 2. per tot. Vel etiaz
 dici potest, quod quamvis pupilla dominiū fundi à se Empti sub lege commi. amittere
 n. possit sine decreto Prætoris (quod omnino negandum e); dominiū tamen fundi, quem
 ejus Pater emerat in d. l. 38. amittere potest abique decreto Prætoris, §. n. Requirituz, ubi
 dominiū recedit à minore ex Patris Voluntate, vel facto. d. l. 4. §. 2. in fine. d. l. 5. §. Sed et pater.
 6. cum seq. de Reb. eor. l. 4. C. quando decreto opus n. e. Anton. Faber in Iuxta Papin. tit. 13.
 de Tutel. præ. illat. 60. §. et in d. l. 38. potius evincitur ex emptione sub lege commissoria
 celebrata dominiū, et Vucapiendi facultatez in Emptorem statim transferri =

Præstat.

dimanans iustus est ad Vucapionem. l. 1. in p. l. 2. l. penult. et ult. Pro donato. l. 1. C. de Vucap. Pro
 donato. D. Reri de Donat. cap. 2. num. 1. cum 2. regg. Verum non leviter occurrat difficultas ex eo, q. donatio
 inter Virum, et Vxorem, ex cuius causa dominus transferri n. poterit. l. 1. et per tot. de Donat. inter Vir. et
 Vxor. Si rei aliena a Viris donata sit, transferat Vucapienda conditionem. l. Sed et n. constante. 25. cod. tit.
 l. Si Vir Vxor. 3. Pro donato. g. titulus donationis, qui n. sufficit ad transferendum dominus iustus est ad
 Vucapionem. contra Regulam d. in l. 13. de Publiciana. Rursum sent. d. in d. l. 25. et d. l. 3. ex eo videtur evenerit,
 quod aut conjugum donatarum, scilicet, rem alienam esse, et ex defectu bonae fidei Vucapere n. poterit; aut exi-
 timat, rem donatam propriam conjugum donantis esse, et cum hoc ipso debet existimare, inutilem esse do-
 nationem, nihilominus poterit Vucapere. Argum. d. in l. Si fuz. 33. 5. t. de Vucap. ubi qui id, q. possidet,
 existimat, sibi per legem Vucapere n. liceat, etiam si scierit, Vucapere n. poterit, quinimo auumptus n.
 obicere probare videtur Paulus in l. Si inter Extraneos. 24. de Donation. inter, ubi si inter Extraneos
 donatio facta sit, qui potest in matrimonium coherere, vel inter Virum, et Vxorem, et potest fuerit
 per divorcium confirmata, utroque casu sentit, Vucapionem procedere; quia in primo sine Viris tra-
 data e. possessio, in 2. quod fuerat Virum ratione constanti matrimonii, eo per divorcium soluto
 amotum est: g. ex mente Pauli rei conjugum donata, dimittit matrimonium, propter Virionam po-
 ssessionem n. Vucapitua. Sed omnino Anr. Fabio, qui lib. 3. Conject. cap. 13. existimavit, in eo, quem
 disputamus, casu cessare Regulam d. in l. 13. de Publiciana, Respondet, quod ex donatione facta inter
 Virum, et Vxorem n. transferatur dominus, n. ex defectu tituli, sed ratione prohibitionis, quae cessat
 in donatione rei aliena, quae donantem conjugem in suis rebus pauperiorum n. reddit. d. l. 15. de Do-
 nat. inter, et donatio affert Vucapiendi facultatem adhuc verificata Regula d. in d. l. 13. titulus enim
 donationis inter Virum, et Vxorem, nisi advenit interdictio, ex se sufficeret ad translationem dominii:
 g. interdictione cessante habitus est ad Vucapionem, sicut et dominus transferat pluribus casibus, in
 quibus hae Iuris prohibitio conquiescit, quos accurate congerit Reri lib. singulari de Donation.

N. 8.

Hanc doctrinam desumpta ex d. in d. l. 25. obicit expositio diffi-
 cultas, Pro cuius solutione dicendum e. cum D. Reri ubi nuper cap. 10. num. 5. conjugem donata-
 rium bonae fidei possessionem esse eum, qui intelligatur, se vidente, et convenienter Dno possidere.
 Argum. d. in l. Id quod Pro derelicto, nec ex eo Vucapere n. posse, quod inutilem donationem
 esse existimet; quippe cum de tituli validitate disceptatur, Veritas opinionum praevalere con-
 suevit. d. l. 2. 5. t. Vxor. Contra, et S. Si a pupillo. Pro emptore, juncto Cheno lib. 2. interpretet.
 cap. 2. et in eo dissimilem esse causam ejus, qui id, quod, possidet, putat sibi per leges Vu-
 capere n. liceat, qui Vucapere n. poterit, vel quia mala fide possidet, vel quia in Iure erat,
 ut dicitur in d. l. 32. 5. t. de Vucap. et conjugum donatarum, qui ex contrario poterit Vucapere,
 qui licet inutilem esse donationem existimet, n. ideo se Vucapere n. posse; nec enim cogitat
 de Vucapione, sed de acquirendo dominus per mortem donantis. Nec etiam obicit d. in
 d. l. 24. de Donat. inter, ubi potius concedit Paulus Vucapionem rei aliena conjugum donata,
 ut constat, tum ex eo, quod donationem rei aliena inter Virum, et Vxorem similem faciat
 donationi facta inter Extraneos, ex qua Vucapionem procedere nullus dubitat, tum ex eo,
 quod utroque casu pcedere temporis suffragium affirmat, nec sententiarum mutat in finali-
 bus Verbis d. ibi. Altero, quod fuerit Virum, amotum sit, quae, omnia ex positione D.
 Reri d. cap. 10. num. 4. meo iudicio sic explicanda sunt, ubi rei aliena conjugum donata, et poi-
 tea solutum est matrimonium, ideo sine dubio pcedat Vucapio, quia nec ullum Virum adfuit
 ab initio, et si adfuerit, amotum jam esset, idem etiam contingit constante matrimonio,
 ut subicitur in l. 5. t. Hinc venit intelligi difficultas d. in l. Si Extraneus. 24. de Donat.
 inter Vir. et Vxor. quem parum subtiliter explicuit D. Reri ad leg. Atin. et Plaut. n. 11. et
 13. ubi postquam dicit Neratius, quod Vxor rem Viri, sive ab Extraneo bona fide sibi
 donata Vucapere poterit, quia non ex marito, sed Extranei donatione eam accipit, quare, an
 interrumpatur Vucapio, si ante legitimum tempus impletum maritus sciverit, rem suam esse,
 nec eam vindicare voluerit, cum possit, et hoc ipsum mulier noverit. Ratio dubitandi in
 eo est, quod maritus, qui rem non vindicat, cum possit, Vxor donare intelligitur l. 1. 5. t. in
 fine Pro donato; donatio autem rei propria inter Virum, et Vxorem Vucapionem n. parit. d. l. 1.
 5. t. Sed tamen respondet, n. interrumpi Vucapionem, quia n. ex marito, sed Extranei dona-
 tione procedit; nec enim maritus donat, quamvis rem vindicare superedeat iuxta ea, quae
 dicebat

dicebam cap. num. 9 et probat selectus ad rem tot. in l. Qui alienam. 33. de morte. cau. donationib.
Nec quidquam facit tot. in d. l. 5. Vt. ubi ideo inducitur donatio, quoties maritus divorcio bona
gratia facto rem donatam n. vindicat, quia neque extraneus, sed ipse constante matrim. donavit,
qui dum rem n. vindicat, confirmare donationem intelligitur =

N. 9

Pro dote praeterita titulus iustitiam
est ad Vucapionem, ut scripsit Vlpianus in l. Pro dote, quo tamen n. quaecumque rei aliena
in dotem data Vucapiuntur; aut enim rei estimata, aut inestimata in dotem dantur; si esti-
mata, si a vero Domino tradantur, perfectum, et irrevocabile dominium causa dotis, tanquam re-
mota, et ex causa emptionis, quae per estimationem consistitur, tanquam proxima, et immediata
transfertur. d. l. 5. 4. cum seq. tot. in l. Quotiens. 16. de Iure dotium; Si vero a non domino, simi-
liter Vucapiuntur a marito ex causa dotis tanquam mediata, et ex causa donationis tanquam
proxima. tot. sic intelligi in l. 3. 5. de Publiciana. l. 2. Pro dote; Si autem inestimata, sicut a vero
Domino tradita solum ex causa dotis marito acquiruntur. l. Quoties. 4. 5. fin. de Peculio. l.
Quamvis. 15. de Iure dotium. l. Lucius. 2. 5. Idem. 4. ad Municipal. l. 9. C. de Veri Vindic. junctis qua
docent Suarez de Mendoza lib. 4. ad leg. Aquil. cap. 5. sect. 3. et Gonzalez ad tom. in cap. Cum
contingat. 28. de Iure patron. inquam iurejur. ex num. 3. sic a non Domino tradita solum ex cau-
sa Vucapiuntur. d. l. 3. 5. de Publiciana. d. l. 4. in prin. et 5. 2. l. Vt. Pro dote. l. Vn. C. de Vucap. dote.
Nec tunc opponitur tot. in l. Dotale. 13. 5. Dotale. 2. de fundo dotali, qui quatenus avertit dotale
praedium sic accipiendum, cum marito dominium quaesitum est, sicut videtur significare, praec-
dium alienum in dotem datum non efficit dotale, ac per consequens Vucapionez contingere n. posse.
ex titulo Pro dote, quo rei dumtaxat dotales Vucapiuntur. d. l. 5. penult. et ultim. Pro dote. Solu-
tio tamen ex ipsius tit. tot. facile colligitur, ubi quod dixerat Vlpian. dotale praedium illud acci-
piendum esse, cuius dominium marito acquiruntur, sic explicat, ut intelligendum sit in con-
ceptu legi Juliae, quae cum dotali praedij alienationez prohibuit, ut mulieris patrimonio pro-
piceret, ad alienum praedium in dotem datum pertinere n. potuit, ut praevideat Cusac. lib. 4. Obsev.
cap. 9. nisi a marito Vucapum sit, et sit jam ei acquiruntur, ut suadet tot. in d. l. 13. 5. 2.

N. 10

Nec quidquam interest, an singula rei in dotez
data sint, an Universa, ut dicitur in l. 5. Pro dote, Et enim etiam si mulier Universa bona
marito in dotem dederit, quod ei nulla lege prohibetur. l. Mulier. 12. de Iure dotium. l. nulla. 4.
C. eod. tit. Reces. lib. 4. opuscul. cap. 5. ex n. 6. et de Donationi. cap. 9. num. 4. Illustrati. Ramos de el Mar-
zano ad leg. Iul. et Pap. lib. 4. Reliq. 31. et sic rei aliqua fuerint aliena, n. minus pro dote Vucap-
pionem, quam si singula dotis nomine tradita fuerint. d. l. 5. Pro dote. Nec refert, an rei mobiles, an
immobiles in dotem data sint; Pro dote enim titulus efficax e. n. minus ad mobilem, quam ad
immobilem Vucapionez, ut praeter manifestam Iuri Variationez evincit generalitas, de qua in nuper
relati Iuribus loquuntur. Consulti, dum indistincto titulum Pro dote habilem esse ad Vucapionez
tradunt, quod ideo animadverto, quia magnus alioquin Cusac. in d. lib. 4. Obsev. cap. 9. et in
Recitat. ad tom. in l. Vn. C. de Vucap. pro dote contendit, maritum rei immobiles pro dote
Vucapere n. posse, quia lex Julia fundi dotali alienationez prohibuit, ac per consequens et Vu-
capionez. ex resp. tot. in l. 28. de V. S. et probat dixerat tot. in l. Si fundum. 16. de fundo dotali,
pro cuius intelligi. Videndum Reces. ad leges, ex quib. prohibita e. Vucap. n. 28. 29. et 30. et expendit to.
in d. l. Vn. C. de Vucap. Pro dote, ubi dum signanter scribit Alexander, maritum rem mobilez
posse Vucapere, tacite rei mobilez in dotem data denegat Vucapionem. Sed levia sunt haec fun-
damenta, tum quia legi Juliae prohibito, ut superiori num. diximus, ex eodem Cusacio, ad
fundum alienum n. pertinere. d. l. 13. 5. 2. de fundo dotali; tum etiam quia et n. lex Julia pro-
hibuit extraneo alieni fundi dotali Vucapionem, quod dicendum non est, eam tamen protu-
bere non potuit marito, cum mulieris intentum, maritum Vucapere fundum potuisse, ut notum
est. Cum enim lex ideo lata fuerit, ut mulieris indemnitati prospiceret, absurdum autem
foret legem in gratiam mulieris inventam in eju. praedictum reorqueri. iuxta Regulam tot.
in l. Quod in favorem. 5. C. de Legib. Nec juvat tot. in d. l. Vn. C. de Vucap. ubi rei mobili meminit Im-
perator, quia difficilior est eju. Vucapio, utpote cum ponit in Vitium furtivitatis incidere,
et ea ratione requiritur, rem mobilem sine Vitio dotis nomine datam, et acceptam esse; alio-
quin si a sciente muliere tradita fuerit, ut interminis tot. in l. Si alienam. 11. Solutio matrim.
proculdubio furtiva redderetur, et sic in Vucapibile. l. 7. C. hoc. tit. cum similib. Unde ex d. l. Vn.
ca potius probatur, maritum rei immobiles facilius quam mobiles posse pro dote Vucapere =

Deinde et pro herede titulus quemadmodum est efficax ad
 acquisitionem domini. l. Cum hered. 23. de acquir. poss. sic et ad Vucapionem. l. Si i qui. ff. de
 furtis; Duplici autem sensu in Iure dicitur qui pro herede possidet. V. Cum n. heredi putat eandem
 eum heredem esse. l. Pro herede. ff. de Perit. heredit. et tunc ex defectu tituli cessat Vucapio, ut mo loco
 disputabimus. 2. quod si revera est heres, et rem alienam ut hereditariam possidet, tunc datus titulus
 Pro herede servus ad Vucapionem n. solum ejus rei, quam defunctus capere Vucapere, quam heres
 n. solum auctori sui titulo, sed proprio pro herede potest Vucapere. l. 3. 5. de pluribus. 4. de acquir.
 poss. sed etiam cuiuslibet rei aliena in hereditate existens modi a defuncto Titulo possit n.
 sit; Titulo defuncti possessio sic heredi nocet, ut nec accessione possessionis sua, nec Vucapione po-
 ssit inchoare, ut dicitur precedenti cap. num. 13. quapropter rem, quam ex defectu bona fidei fructua-
 rius Vucapere n. potest. l. Acquiruntur. to. 5. ff. de acquir. rer. domin. 5. De his autem Perit. fructuarium.
 Invenit. Per quas person. nob. acquirunt, nec ejus heres potest Vucapere. l. Nec fructuarium. 8. C. de Vusi.
 quod et dicitur de herede ejus, qui precario rogavit in l. ff. de Diversi, et tempore praescripti. et de
 Successione creditoris pignoratitij in l. Nec creditores. to. C. de Pignorat. act. Et ex eadem ratione idem
 servatur in hereditibus Conductoris, deponitarius, aut Commodatarius, ut indicant eod. in l. 4. Cod.
 Communia de Vucap. l. 4. in quibus causis cessat long. tempore praescripti. servitij. l. Cum in plures.
 60. 54. ff. Locati. l. 33. 5. l. Potest. 36. de Vucapion. quidquid contra Iuris rationem, et expressis
 eod. dicit Arnold. Vinn. in 5. 12. Invenit. de Vucap. num. 5. et in terminis Titulo possessionis, seu
 mala fidei defuncti omnino intelligit. e. eod. in l. 1. C. de Vucap. Pro herede ex mente Cusacij
 in Recitat. ad eum titulum, Rejerta sententia Donelli lib. 5. Comment. cap. 14. et lib. 49. cap. 12. quam
 inferius impugnabimus. Huius doctrina opponi solet eod. in l. Tutor. 56. de administ. tutor.
 qui tamen omnia explicat. Alexander in l. Pomponius. 13. ff. de acquir. poss. n. 22. quam
 sequitur Rees lib. 3. opusculor. ad librum singul. quere. Servol. publice tract. in l. De accen-
 onibus. 14. ff. de diversi. et tempore praescripti. et qua facile convincitur ex jam dictis ad rem
 noxiam n. spectat, si recte percipiat cum Cusacio lib. 33. Pauli ad Edict. in l. Si emp. 34.
 5. ff. de Constat. emp. et Anton. Fabro in Iuris Papia. tit. 13. de Tutel. prius. 4. illat. 15.

Quod si defunctus rem aliquam bona fide, et sine
 Titulo possideat, quam ex defectu tituli Vucapere n. potest, eam in hereditate inventam ha-
 rei ex propria persona potest Vucapere tit. Pro herede. iuxta eod. in l. 3. Pro herede, quem
 sic intelligunt Donell. d. lib. 5. cap. 14. et d. lib. 49. cap. 12. Per Gregor. lib. 4. Synagm. cap. 12. et An-
 ton. Fabro in Rationali ad eod. in l. In hac actione. 12. de Publiciana. Idem procedit in re in
 hereditate inventa, qua a defuncto n. possideatur, et fortuito inter ejus bona erat abique il-
 lius sententia, quam heres etiam potest Vucapere pro herede, dummodo utroque casu habeat passivam
 testamenti factionem. l. 7. ff. Pro herede, alia n. heres esse n. potest, nihil pro herede pote-
 rit Vucapere. Non tamen ex eo inferat, quod quisquis habet testamenti passivam factionem
 hoc ipso potest pro herede possidere, nam servus habet quidem testamenti factionem. l. servus
 fam. 16. qui testamenti facere poss. sed pro herede nec sibi, nec Domino possidere potest. l. Sequitur. 4.
 5. Servus. 4. de Vucap. cum pro herede titulus possit aditam hereditatem incipiat, quo tempore
 nec heredi nomen servus retinet, sed Dominus per eum heres efficitur, perinde ac si ipse
 fuisset institutus. 5. Item 3. Invenit. Per quas person. nob. acquirunt. et pro herede incipit possidere,
 et Vucapere, ut advertit Cusac. ad Pandect. in d. 54. quod et dicendum e. de servofam. ex reg.
 eod. in l. Placet. 19. de acquir. hered. nisi ex castrensi peculij, aut castrensi caa heredita-
 rez acquirat, ut in terminis eod. in l. Male. 5. l. Divus. 13. de Castrensi pecul. qui rem alienam
 in ea hereditate reperit pro herede potest Vucapere, ut probat eod. in d. l. 4. 5. ff. de Vucapio.

Haec omnia experientia hereditibus ex certa Iuris rati-
 one procedunt; an autem sui heredes possint pro herede Vucapere, anceps questio est, et Inven-
 preter, qui negant praeter omnes, fere Antiquiores Donell. d. lib. 5. cap. 14. Lazariar. dicit lib. 4. Se-
 lect. cap. 8. n. 6. ex pluribus, quos referunt Oinnald. d. lib. 5. cap. 14. lit. I. et Ayllon ad Anton. Gomez.
 tom. 2. Variar. cap. 3. n. 30. affirmant alij, quos refert, et sequitur D. Rees 2. parte de Vucap. sect. 2.
 num. 16.

num. 16. In qua opinionum varietate sentio, quod sui heredes, sicuti proprii heredes non sunt. l. 1. In sui. ff. de Liber. et posth. sic nec proprie pro herede ponuntur. Vnde, sed quemadmodum in proprii heredes dicuntur. l. 1. Ex facto. ff. de Test. l. 1. Cum quasi. ff. de fidei comm. lib. Valencia lib. 3. Illust. tract. 3. cap. 4. n. 3. sic in proprii pro herede Vncapione; titulus quippe continuationis sicut ad acquisitionem rei dominij prodest, sic et ad Vncapionem rei in patris bonis inventa debet prodere. iuxta expressum etiam, quem pro contraria sententia. Vulgo expendantur Adversarij in l. 1. ff. de Pro herede, ubi ex sententia Servij docet Iulianus, filium rem sibi a Patre donatam pro herede Vncapere non posse. Ratio ex eo pendet, quod donatio sive rei propria, sive aliena inter patrem, et filium facta. nulla est propter fictionem identitatis, et sic etiam post obitum patris inefficax ad Vncapionem. l. 1. ff. de Pro donato, nisi patris usque ad supremum Vira exitum in donandi voluntate perseveraverit. Paul. lib. 5. Sentent. tit. ff. de Donation. §. Patris 3. l. 1. C. Theod. si facta. et per heredem rati habitationem donatio fuerit confirmata. l. 1. Si patris 4. Pro donato. Et sic inrellig. in l. 1. Si ancillam. ff. de Pro suo. Ex his autem casu adhuc post mortem Patris rem donatam nec pro donato poterit Vncapere, nec pro herede, cum non possit sibi causam ponere mutare, ut dixit Iulianus in §. eisdem l. 2. qui ex his inferit in d. §. 2. quod filius a Patre heres institutus rei hereditariae a Patre sibi donatae pro parte coheredum Vncapere non poterit. §. sentit, quod pro sua parte poterit Vncapere, non pro titulo Pro donato, cum supponat, non fuisse confirmatam donationem, sed Pro herede. Nec obicitur in l. 2. C. de Vncap. Pro herede, cuius Verba nihil pro herede posse Vncapere sui hereditibus contentibus magis obtinuit, cuius Verbi sensus hic est, quod quemadmodum filius heres institutus ex parte non poterit Vncapere pro parte coheredum, sic sui hereditibus contentibus nemo extraneus, qui heres non est, pro herede poterit Vncapere docet Cusac. ad Pand. in d. l. 2. Pro herede.

N. 14.

Rei hereditariae pro parte tradiderit, aiecit Pompon. Usucapionem locum non esse, quia nec datus titulus. Pro herede circa id, quod ab herede possumus, nec alia iusta possidendi causa intercedit ex ratione, quam praestitimus num. 20. et subiungit, idem dicendum esse, si existimatus coheres eodem errore deceptus se quoque heredem esse crediderit, nam hic etiam possessio veri heredis impedit Usucapionem. Quae Pomponij sententia supra dictis videtur refragari; nam in ejus serie error circa alienum factum intercedit, et totus provenit ex traditione a vero herede per errorem facta, quae licet nec pro herede, nec pro soluto titulum parere possit, debuit saltem inducere specialem titulum pro suo, si verus esset, quod hucusque diximus ex iusto alieni facti errore illum oriri. Ulterius et ratio, qua utitur Pomponius, scilicet quod possessio veri heredis obstat Usucapioni, falsa est, cum semel secunda traditione possessio saltem in existimatum coheredem fuerit translata, ut notum est. Quibus difficultatibus, ut Pomponium liberemus, ejusque germanam forsitan mentem aperiamus, omnia, quae comminatus est Cumanus, et Paulus Cassianus in eo tunc dicendum est, ejus sententiam eam esse, ut in specie, quam exagitat ex defectu tituli Usucapio non procedit, quia pro herede titulus non invenitur in existimato coherede, qui datus non potest circa id, quod a vero herede possumus, sicuti et eodem sensu sui hereditibus existimatus nullum alium pro herede Usucapere posse decernimus in l. 2. C. de Usucap. Pro herede, quam sic explicuimus num. 13. nec ulla alia causa intercedit; quod idem procedit, et si existimatus coheres se quoque heredem esse crediderit, qui nec pro herede Usucapere potest, cum revera hereditas non sit, et possessio veri heredis non quidem praesens, sed quae traditione praesens non sit, ut quisque alium pro herede titulum habere possit; nec etiam potest pro suo Usucapere, quoniam ejus error ex alieno facto, nempe ex traditione veri heredis proveniat; quod enim in superioribus diximus, errorem facti alieni parere titulum pro suo, ita procedit, si error verus circa factum ejus, a quo qui titulum se habere existimat, ut videre est in superioribus exemplis quatuor praecedentibus numeris propositis; at si error non proveniat ex ejus facto, a quo qui titulum se habere credit, sed alterius extranei non parit titulum pro suo, ut in d. l. 29. in qua error non habere credit, sed alterius extranei non parit titulum pro suo, ut in d. l. 29. in qua error non procedit ex facto defuncti, a quo existimatus coheres nec de facto fuit institutus, sed ex facto extranei, videlicet ex veri heredis traditione, quam interpretatione acceptam fero cum magno Cusacio, qui ad Pandect. in d. l. 29. docet, ideo existimatum coheredem Usucapere non posse; quia rei hereditariae non quasi a defuncto, sed a vero herede accipit. Hic plura jam occurrunt circa iustos titulos, ex quibus procedit Usucapio: si quae sequentia ferunt, sine ulla, quae calamum sistere, et intermittere potuit, quam omittere tractationem nostram Iure compellunt, scripsera legite, Interpretationem praedictam, dum utilitati verba deservienti, duo, quae superant capita, exponere, et explicare anxie studeo.

Caput I^m

De continua possessione, quam exigat Usucapio per tempus à lege definitum

N. 1.

Requirit denique Usucapio, ut constet ex ejus definitione continuam possessionem per tempus à lege definitum. De Possessione primum videamus, mox de ejus continuitate, et solemni spatio dicemus; et igitur lex Decemviralis, quae sic vulgo concipitur *Usus auctoritatis fundi Viennium esto, ceterarum rerum annuus esto*, possessionem ad Usucapionem desiderat, *Usus* appellatione possessionem aliquando denotari, supra cap. 1. num. 1. animadverti, huius proximus, qui ejus status est, ut non dum intelligat, *q. agatur*, sed *q. ad hunc benignius acceptum est*, nam qui loqui potest, et stipulari, et promittere recte potest, *Proxi*, et maximo sine possess. Usucapionem non contingere cautum est. l. *Sine posses.* 25. de Usucap. Usucapio etenim sicuti poena est possessionem negligentem, sic praemium debuit esse possidentem; Nec

qualibet possessio sufficit, sed quæ cum affectu domini conjungitur. l. Quæcunque. 13. §. de Pu-
 blic. l. Pignori. 13. de Vucapion. Inde provenit, eum, qui possessionem acquirere non potest, nec Vu-
 capere quidem posse exempli causa fuxionis, qui animum, seu affectionem non habet, possessionem
 acquirere non potest, quæ non solum corpore, sed animo acquiritur. l. 1. §. fuxionis. 3. l. Possidens. 3. §. de
 de acquir. posses. docent Valentiã lib. 1. Illura tract. 2. cap. 6. num. 3. Oroz lib. 4. cap. 11. num. 5. de apicib.
 Eo eadem ratione quamvis pupillus pubertati jam proximus etiam sine tutoris auctoritate posse-
 sionem acquirat, et Vucapiat. d. l. 1. §. 3. l. Quamvis. 32. §. Infan. 2. Veri. Pupillus de acquir. posses.
 d. l. 4. §. Pupillus. 2. de Vucapion. Et hoc idem Infantiã proximorum favore utiliter obsexvera,
 quamvis contra sentiant Valentiã, et Oroz ubi nuper, ut evincunt tot. in l. 5. Hinc promi-
 mu. 13. de Oblig. et action. et in §. Pupillus. 3. Veri. Sed in primis. In re. de Inuilib. sequit. Infans
 tamen nec possidere, nec Vucapere potest, nisi accedente tutoris auctoritate, quæ defectum
 iudicij Infanti suppleat. l. 1. §. 3. d. l. 32. §. 2. de acquir. posses. Cui doctrina opponi vulgo solet
 tot. in l. Donatarius. 3. C. cod. tit. pro cuius explicacione omnia, quæ tradit Galban. in d. in-
 rationib. de Vusu. cap. 33. n. 13. adveniã Valentiã d. cap. 6. num. 16. et Oroz d. cap. 11. num. 9. Si militer
 quamvis ex diversa ratione captivus, ut potest servus effectus, et ab alio possessio nec possidere
 possit, nec Vucapere potest. l. Aut Praetor. 23. §. t. ex quib. caus. major. l. Cum hærede. 23. §. t. de ac-
 quira. posses. l. Nec servus. 11. de Vucapion.

Num. 2.

Hi autem omnes nec per se, nec per servum possunt Vu-
 capere. l. Sabeo. 8. §. t. de Vucapion. cum nec per servum possint possessionem acquirere extra causas
 peculiaritatem, ex qua etiam fuxio, et Infantiã possessionem, et Vucapiendi conditionem acquiri
 constat ex l. 1. §. Item acquirimus. 5. Veri. Igitur. d. l. 32. §. 2. Veri. Item Infantiã de acquir. posses. tot.
 sic intelligi ind. l. 4. §. 3. Veri. Sed hæc periona. l. Si servo. 28. l. Nunquam. 34. §. Sive. 4. in fine de
 Vucapion. quia et regulariter corpore etiam alieno, animo autem non nisi proprio possessio ac-
 quiritur, quidquid teneat Cusac. lib. 24. Obsev. cap. 7. cum quo ex professo tradit Valentiã d.
 lib. 1. tract. 2. cap. 8. ex num. 9. ex causa tamen peculiaritatis Domini etiam ignorantis animo, et cor-
 pore possidere videtur, quod utilitati causa receptum est, ne cogere Domini per momenta,
 species, et causas peculiarium inquirere, et quia etiam eorum animum intervenire dici potest, ex
 quorum voluntate adhibita ex peculiaritatis concessione possidere servi intelliguntur. l. 35. Cere-
 rum. 12. l. Quidquid. 4. l. Peragie. 44. §. Quæritur. t. de acquir. posses. quapropter ex causa peculiaritatis
 Domini etiam ignorantis per servos Vucapiunt. d. l. 8. in prin. de Vucap. cum similib. ut
 dicitur cap. 2. num. 12. Nec ferendus est Oroz, qui d. lib. 4. de apicib. cap. 11. n. 12. existimabat, q. dicitur
 in d. l. 1. §. 5. de acquir. posses. cum similib. ex causa peculiaritatis etiam Infantiã, et fuxionem per
 servum possidere, et Vucapere, intelligendum esse non de acquir. posses., sed etiam acquirita
 Retinenda, et in id expendebat tot. in l. Si id q. 25. §. t. de acquir. posses. Hanc quippe opini-
 onem peripicue præfaceri tot. convincunt, quibus docemur ex causa peculiaritatis etiam Infantiã,
 et fuxionem possessionem, et Vucapiendi facultatem per servum nancisci, quod necessaria Iuxta ra-
 tio suadet; Cum enim ex causa peculiaritatis etiam ignorantis domini possessionem acquirant, Veri-
 et Infantiã, et fuxionem poterant incipere possidere ex vulgari regula, quæ habet ex quibus cau-
 sis ignorantibus nobis acquiritur, ex eisdem et fuxionem acquiri posse. l. Si a fuxione. 12. de
 Res ced. l. Si a fuxione. 29. l. fuxionis. 46. de Oblig. et act. §. Si auctem hærede. 3. In re. de hæ-
 redit. quæ ab intest. defer. Nec ad rem facit tot. in d. l. 25. §. t. de acquir. posses. qui longe divi-
 nilem sententiarum continet, eam scilicet, q. quamvis per servum fuxionem non possit dominus
 incipere possidere. d. l. 1. §. Ceterum. 9. cum seq. eod. tit. Semel tamen per servum acquiritam
 possessionem retinet, et si fuxione is caperit exemplo Colon, aut Inguilini, per quos etiam fuxi-
 onis effectus possessio retinetur d. l. 25. §. t. Rursum et servus captivus ex causa peculiaritatis Iuxta
 singulari potest incipere possidere, et Vucapere, ut infra disputabimus, et interim probant
 tot. in d. l. 23. §. Hi plane. 3. ex quib. caus. major. l. Iuxta. 44. §. de Vucap. l. In bello. ff. §. fa-
 ct. 2. l. Bona. 22. §. Quæ peculiaritatis. 3. l. Si postliminio. 29. de Captiv. et postlim. Verum

Uterius, Liber homo bonafide possidet, quamvis bonafide
 dei possessioni ex re ejus, et operis sui possessionem, et Vucapiendi conditionem acquirat. l. 1. §. Sed
 et perperam. 6. de acquir. poss. l. Qui fundum. 7. §. Vt. Pro emptore, et extra duas causas istas do-
 minus sibi possit acquirere l. Acquiruntur. 10. §. Idem placet. 4. de acquir. rer. dom. Valeria d. c.
 lib. 1. tract. 2. cap. 4. num. 14. et 15. per Vucapionem ex nulla causa sibi potest acquirere; quippe cum
 ab alio possideatur. l. Si servus. 34. de stipulat. Servor. nihil potest possidere. l. Homo liber. 54. §.
 Vt de acquir. rer. dom. d. l. 4. §. 6. in fine. de acquir. poss. l. 1. §. sic intelligi in d. l. 23. in prin.
 Ex quib. caus. major. l. Qui in servitute. 118. de Reg. Jur. ubi Cujas. et Petrus Faber Pariter et Dominus
 licet per servum ab altero bonafide possidem, Verum, quia nec ex operis sui, nec ex re bonafide
 possessioni proficiuntur, dominus acquirat. d. l. 10. §. 4. de acquir. rer. dom. Valeria d. cap. 4. n. 16.
 cum 3. reg. Vucapere tamen non potest adhuc ex causa peculiari. d. l. 54. §. Vt de acquir. rer. dom.
 ex defectu possessionis, quam per servum non acquirat. d. l. 15. §. 6. in fin. de acquir. poss. non quia servus
 non possideat, cum nihil prohibeat, aliquem acquirere possessionem per eum, qui non possideat, ut vi-
 dere est in filio fam. qui Patri, a quo non possidetur, possessionem acquirat. d. l. 1. §. 5. de acquir.
 poss. Et in servo in terminis l. 1. in l. Si cui. 25. §. Licet vulgo. 2. de libertati ca. l. Si me in Va-
 cuam. 34. §. Vt de acquir. poss. sed quia servus ab alio possideatur, nec potest quia per servum
 ab alio possessionem acquirere d. l. 1. §. Per servum. 15. eod. tit. ut contra Fabrum cum judi-
 cio ad aliam rem disputat D. Rees lib. 6. opusculor. cap. 12. n. 11.

N. 4.

Nec solum ex defectu personae, qua possessionem acqui-
 rat, cessat Vucapio, sed idem Iuris erit, si adit impedimentum ex parte rei, qua non possideat-
 tur, ut pone qui a dei possidet, singulas rei, ex quibus a dei constant, non possidet, et sic quamvis
 a dei possit Vucapere camenta,igna, lapidei, et ceteras res, ex quibus constat aedificium, Vucapere
 non potest. l. In rem actio. 23. §. Vt. de Rei Vindic. l. Aedi. 1. §. Illud. 11. de acquir. rer. dom. n.
 l. Qui Vnicersa. 30. in prin. de acquir. poss. l. Eum, qui a dei. 23. in prin. de Vucap. l. 1. §. Vt. de Tigno
 injunct. Rationem praestat Iavolenus in d. l. 23. de Vucapion. Nam siquis singulas Rei, ex quibus
 constat aedificium, intelligeretur possidere, hoc ipso a dei non potest possidere cum separati corporibus,
 ex quibus a dei constant, aedificium Vnicersa intelligi non possit, et praeterea hoc idem probat
 ab absurdo vitando, quia si a dei possidens, rei singulas simul possideret, sequeretur, quod eandem
 rem Vucapere tanquam mobilem quoad superficies, et tanquam immobilem quoad solus, et quod
 ampliori tempore solum quoad superficiem Vucapere, quod esset absurdum, nec Iuris Rationi
 consentaneum, quae non patitur, ut una, eademque res diverso Iure censeatur, et diverso tempo-
 ribus Vucapiatur d. l. 23. in prin. et 5. Vt in fine. de Vucapion. Accedit, quod quamvis camenta,
 et cetera, ex quibus a dei constant, si quatenus in aedificio coherent, considerentur, integritates
 aedificium partes sunt. l. 1. §. si quis. 7. in fine princip. de except. Rei judic. nec hoc senu
 ab ipsa aedificium Vnicersitate quidquam differunt, si tamen tanquam singula, et ab aedificio
 separata, seu abstracta inspiciantur, aedificium partes dici non possunt. l. 1. §. si quis. 7. in fine in l. 1.
 Et per iurjurandum. 13. §. Illud. 2. de acceptilat. juncto Galbano de Vusi. cap. 2. num. Vt. de cuius
 conciliatione cum l. Si unus. 27. §. Item si pactus. 8. de Pactis, videndus Faber in Rationali ad
 d. §. 8. d. l. 1. §. Sed in camentis. 2. de except. Rei judic. l. Nave. 36. de Eviccion. pro cuius conciliat.
 cum d. l. 23. §. 4. de Vucap. consulendi Cusac. lib. 3. qua. 12. Pagin. in l. Si id. §. 1. 23. de leg. 2. Valeria lib. 2.
 Illustri. tract. 4. cap. 3. n. 30. et 31. Amaya lib. 3. observ. cap. 1. §. 2. n. 58. cum 2. reg. et plures referens Arias
 de Mea lib. 2. Variar. cap. 32. ex n. 24. et praecipue num. 21. §. dum aedibus coherent, non Vucapiun-
 tur ex defectu possessionis; si vero aedificium sit dirutum, ex integro debent possidere, ut per tem-
 pus rerum mobilium Vucapionem praesertim Vucapiantur, ita tamen ut tempus, quae fuerunt in
 aedificio, non attendatur, ut concludit Consultus in d. l. 23. §. Vt. de Vucap. Contraarium sane Ius
 observatur in hiis rebus, quae soli non implicantur, sed mobilia permanent, ut si gemma annulo
 fuerit inclusa, necesse Vucapiatur; cum enim verumque integrum maneat, possideatur. l. Si re-
 rum mixtura. 30. §. 1. Veri. §. ego in hiis de Vucap. Et quamvis gemma annulo inclusa extinet
 dicatur. l. 1. in §. Si tamen. 26. Invenit de Verum divi. non eo pertinet, ut non possideatur, sed idem
 dicatur, quia quae dum annulo coherent, pro extinet habetur quoad veterem Dominum, qui jam

Vind.

cum per alienationem Dño infligere, seu ejus conditionem deteriorationem facere, non autem ut n. possit Dño reddere conditionem meliorem, quo respectu in eodem statu manere peculiū intelligitur, quo erat ante servi fugam, quia nulla ex parte Dño debet esse damnosa. ex regula xxi. in l. 59. de Publiciana ut in hoc recte sentit Valentia d. cap. 10. num. 9. quibus animadvertitur in d. l. 13. de Publiciana, docet Pompon. Dominus servi fugitivi, qui rem a n. Dño emit, Publicianam competere, licet rei tradita possessione per eum natus n. sit. Loquitur abique dubio Consultus de Servo fugitivo, qui cum peculiū n. haberet, rem a non Dño emit, et per traditionem accepit omnino, ut possessionem Dño acquireret, quam tamen acquirere non potuit propter ejus ignorantiam, et tamen a se, Publicianam Dño competere ex ea ratione, ut existimo, quod Publiciana, ut dicebamus num. preced. etiam n. amissa possessione competit huiusmodi casibus, quibus et competere vindictio, si actor dominus fuerit, in presenti autem si servus fugitivus rem a vero Dño emit, et per traditionem accepit eo animo, ut rem Dño acquireret (quod necessario supponi debet. ex reg. xxi. in l. Per servum. 32. §. quod unus. 1. et §. 5. de acquir. rer. domin. pro ejus concordia cum l. Qui mihi. 13. de Donation. Vidend. Reti de Donat. cap. 8. num. 1. cum 3. regg.) proculdubio dominus ei acquiri potest, quod ad differentiam possessionis etiam invito, et ignoranti Dño potest acquiri per servum. l. Etiam invito. 32. de acquir. rer. domin. et n. inubertiter probatur ex d. l. 54. §. 5. de eod. tit. ubi servi fugitivi equigatus servo proprio ab altero bona fide posseso, qui extra rem bona fide possessoris, et operas suas, quamvis nec possessionem, nec Vindicandi conditionem Dño acquirat, dominium tamen recte quaerit, ut constat ex d. num. 3. et sic si actor dominus fuerit, potest servi fugitivi Dñi rei vindicatione experiri, ac per consequens n. translato dominio etiam si possessionem nactus sit, poterit Publiciana intendere. ex reg. xxi. in l. 13. de Publiciana =

N. 2)

Rursum ex eadem doctrina veniunt n. vulgariter intelligendi xxi. in l. Si vero autem. 9. §. 5. de Publiciana, pro quorum explicacione dicendum est, hereditatem facientem, qua nec animum, nec detinendi factum, aut potentiam habet, possessionis esse incapacem. l. 1. §. Scavola. 15. Si u. qui certam. liber esse jurus est, sicut et eorum omnium, quae persona factum desiderant. l. Hereditas. 64. in prin. et §. 1. de acquir. rer. domin. l. Vni fructus. 26. de Stipulat. Servor. ac proinde nec incipere Vindicacionem posse adhuc per servum hereditarium, qui n. potest hereditatem possessionem acquirere. argum. xxi. in d. l. 26. quod adeo verum est, ut si restrictionem Iuri attendamus, nequidem ex causa peculiarari possit hereditas per servum possidere, aut Vindicari ex defectu persona naturali, ut docet Papin. Omnino sic accipiendus in l. Praescriptio. 45. §. 1. de Vindic. quamvis Iure singulari contrarium, exaudiendus est Paulus in l. Iuro. 44. §. nondum adita. 3. eod. tit. et intelligendus est Paulus in d. l. 29. de Captiv. exemplo Captivi, qui quamvis personam n. habeat, ex causa tamen peculiarari potest per servum Iure singulari possidere, et Vindicari. d. l. 29. cum similibus. docet Cujac. lib. 2. respons. Papin. in d. l. 44. §. 1. Faber in Papin. tit. 12. Quib. mod. Iuri patris potest. solv. prin. 8. illat. 2. An in ad Tribunicam n. tituli n. 203. cum 1. regg. Nec obstat, quod Civitas, Universitas, et municipium sunt persona ficta. l. Sicut. 7. §. 5. de Quod cuiusq. Universit. et hereditati facienti equigantur. in l. Mortuus. 22. de fidejussorib. et quamvis ex defectu animi stricto Iure, nec per se, nec per servum possint possidere. l. 1. §. 5. de acquir. posses. Ex equitate tamen ex quacunque causa possessionem per servum, aut per Syndicum possunt acquirere. l. 2. eod. tit. Id quippe Iure singulari receptum est, eo colore, quod quamvis Civitas, utpote a Civibus abstracta sit persona ficta, ex naturalibus tamen contrahat personis capacibus, quod secus est in hereditate, sicut ex eadem ratione receptum videmus, quod quamvis Vni fructus n. possit pene facientem hereditatem pervenire. d. l. 64. §. 1. de acquir. rer. domin. possit tamen pene Civitatem, aut municipium pervenire. l. An Vni fructus. 56. de Vni fr. l. Si Vni fructus. 21. Quib. mod. Vni fr. amitt. l. Marcius. 66. §. 5. de leg. 2. l. Si Vni fructus. 8. de Vni fr. leg. Cujac. lib. 16. quart. Papin. in d. l. 66. §. 5. de Vni fr. in paraphrasi ad tit. de acquir. posses. in d. l. 2. Rami in extemporanea dicit ad l. 8. de Vni fr. leg. num. 34. An suppositi, docemus, in d. l. 95. de Publiciana, quod si servus hereditarius rem aliquam emerit, eamque sibi traditam amiserit, heres recte potest rei Publiciana, quam ipse possederit. Subiicit Paulus in l. sequenti, nihil inesse, an servus peculiarari non emerit, necne. Cujus difficultati decisionis ratio, Omnino, qua tradunt Cujac. lib. 19. Pauli ad Edict. in l. 2. de Publiciana circa finem, et Anton. Fabi in Ration. ad comind. l. 95. §. 5.

20
Vt. cum l. seq. ex eo deumenda est, quod licet cum de Vucapione dicebatur, multum interit,
an ex causa peculiaris, an extra eam hereditarius servus rem emerit, et acceperit, ut jam vidimus,
quoad causam Publicianam parum, aut nihil curatur, quia cum deus ad iustas vindicationis, adhuc
non posita Vucapionis conditione competat, ubi servus hereditarius rem, quam ex empt. extra pecu-
liarem causam contractam acceperat, amittit, quippe si venditor dominus fuerit etiam eo nomine
post habitam hereditatem hanc vindicationem haberet, ut potest qui in dominum successit, q. servus
ipse hereditati faciens acquisivit, ut notum est; nunc autem ubi venditor Dominus n. fuit, debet
habere Publicianam, ex dicti num. 5. Hanc interpretationem, quam ut propriam vendit doctrinimus
quidam Praeceptor, et Antecessor, praesentit Anton ubi supra num. 72. in fine

N. 8

Sed adhuc sine possessione
Vucapionem contingere ex eo probari videtur, q. qui sine tutoris auctoritate rem emit a pupillo,
quem puberes esse existimabat, potest Vucapere. l. 2. §. Si a pupillo. ff. Pro empt. junctis, qua circa
ejus explanationem dixi superiori cap. num. 31. qui tamen possessionem acquirere n. potuit, quam
nec naturalem quidem potest pupillus sine tutoris auctoritate alienare. l. Si pupillus. ff. de acquit.
ter. domini. Verum omnino Galb. de Vucap. cap. 34. num. 16. facile responderi, quod quamvis pupillus
sine tutoris auctoritate corpore solum possit amittere possessionem. l. 29. de acquit. possen. non animo
imbecillitatis d. l. ff. si intelligi iuxta l. 29. circa finem, tamen qui a pupillo rem accepit in d. l. 2.
§. ff. animo, et facto proprio possessionem, et Vucapionis conditionem acquirat, nec pupillus animo possi.
amittit, sed eum privat possessione, tenent Santolaxia interpretatur. Et et alij, quos sequitur Retei ad
legem, ex quibus prohibita est Vucapio num. 36. circa finem. Ad hanc etiam Regulam, qua possessionem
ad Vucapionem desiderat, referendus est difficultas eod. in l. Si servus. ff. de Vucap. ubi dicitur Alphe-
nus, quod si servus iniiciens, id est ignorante Dno. rem peculiarem vendiderit, emptor poterit Vucapere.
Qua sententia, rejecta explanatione Cujacii lib. 15. observ. cap. 18. sic accipienda est: Servus peculi-
aris siquidem habet liberam administrationem peculij, rem peculiarem potest distrahere. l. Si q.
§. ff. de Rei vind. l. Si conveniat. ff. de Pignori. acc. l. Sicut. §. ff. An pecunia. §. Quib.
mod. pign. vel hypoth. solvi et si res propria Domini fuerit, dominum transferre. n. alienam Vucapionem
potest distrahere, nec dominum transferre, at si emptor ejus conditionem ignoraverit, vel justo
errore ductus eum liberam peculij administrationem habere crediderit, distretus eod. in l. Si libe-
ram. to. C. Quod cum eo, qui in aliena potest. Verum si forsan res mobilis sit per distractionem a servo
mala fide, et calido consilio factam furtiva, et sic inuicibilis reddatur iuxta terminos eod. in
l. Interdum. §. ff. Cum autem. §. juncta Regula eod. in §. I, qui in potestate. ff. In re de Obligat. qua ex
delicta nasc. sic contra Cujac tenet Anton. Faber in Papin. d. tit. 12. pro. illar. ubi quem sequitur Anton
ad Tribunicam nri tituli. n. 111. cum l. seq. Nec Vucapionem in proposito poterit impedire defectus posses-
sionis, quam Dnus etiam ignorans amittit ex Regula eod. in d. l. §. ff. de ac-
quisitione. et emptor animo, et facto proprio sibi acquirat. ex reg. eod. in l. §. ff. eod. tit. Nec etiam
obstant. l. Servus. ff. de acquit. possen. l. In Vucapione. §. Sed et. 3. de diver. et tempor. praescrip. quos
commodiori loco explicabimus

N. 9

Hac ad initium duntaxat, sed ad proprium Vucapionis po-
ssessionem exigitur, quam continuam esse debere, ut Vucapionis ostendat definitio, ita ut Vucapio
pata, id est interrupta possessione (nec enim quidquam aliud in praesenti Vucapio est, quam
interruptio Vucap. l. 2. de Vucap.) Vucapionem interrupti necesse sit, et licet plures sint modi
amittende possessionis, eos tamen supponere potius, quam exponere statim, pertinent quippe ad re-
gulam de acquit. possen. in cuius commentariis a Vespertini Antecessoribus discutuntur, exempla
solum interrupta possessionis, qua sub legibus ad Vucapionem expectantibus competunt, explica-
to. Primum exemplum est in l. Naturaliter. §. de Vucapion. ubi siquis de possessione vi dejectus, vel
si alieni rei mobili exipiarum, naturaliter interrupti possessionem tradit, quia quod vulgo
dicitur, semel acquistam possessionem solo animo retineri. l. 3. §. Sed et. ff. de Sanctu. ff. de l. 25. §.
Vt. d. l. §. ff. cum duab. leg. seq. de acquit. possen. ita verum est, si cum animo occurrat facultas
eod. tit. docent Donell. lib. 5. Commentar. cap. 12. et D. Retei lib. 4. opuscul. cap. 14. Post furtivam autem,
aut violentam dejectionem cessat omnino facultas apprehendendi rem subreptam, aut vi possessionem,
quod inducit interruptionem possessionis non solum adversus furem, aut violentum dejectorem, sed

advenit omnes; Nec quidquam intereſt ei, qui Vucapere, Dominu ſe, necne, ut dicitur in d. l. 5. id eſt ſive Domini, ſive extraneus rem eripuerit, aut invaſerit, interumpſit poſſeſſio, ut nec contra Domini, nec contra alium quemlibet Vucapio currere poſſit, aut alicui In locedere; Nec etiam reſert, an qui rem ceperat Vucapere, ex oneroſa cauſa poſſideret, an ex lucrativa, ut additur in fine dictæ l. imò utroque cauſa æque per ſursum, aut per ſolentiam deſectionem poſſeſſio interumpſit, prout explicat Donell. d. lib. 5. cap. 22. Secundum deſeruitur ex l. 5. Pro donato, ubi qui ſervum, quem Vucapere ceperat, ante impletam Vucapionez manumittit, quamvis nihil egit quoad cauſam manumitionis, quam ſervo, cuius nondum dominium nactus fuerat, imponere non poſſit. Ex regula tot. in l. 2. et feri per totum titul. C. de hai qui a n. Dño manum. 55; Vucapere tamen deſinit, quia poſſeſſionez amittit, qua cum ſolo animo amittitur. l. 35. In amittenda b. de acquir. poſſeſſ. (pro cuius conciliat. cum l. 8. ejuſdem tituli conſulendus Rees d. lib. 4. opusculor. cap. 14.) utique et per manumitionez amittitur. l. Qui Vucapere. 30. 5. Item q. mobile. 2. eod. tit. Ex qua quantumvis inveni colligitur animus deſerendi poſſeſſ. argum. tot. in d. l. 18. 5. de acquir. poſſeſſ. Donell. d. lib. 5. cap. 13. Conducunt tot. in l. 16. de reb. eor. l. 35. de fund. inſtruet. l. Licet transferam. 20. l. Legatum. 24. 5. de adimend. leg. juncti, qua congerunt Gomez tom. 2. Variar. cap. 12. num. 10. et Olea de Cessione Iur. tit. 2. quæſt. 5. ex n. 2.

N. 10.

Tertium exemplum invenimus in l. Interſe. 39. de acquir. poſſeſſ. ubi quamvis Regulariter poſſeſſio in ſequeſtrum non transferatur ex cauſa deponendi ſequeſtri officium, ſicut nec ex cauſa cuiuslibet alterius deponendi l. filius. 2. de Rei Vindic. cum ſimilib. et deſeruit ſequeſtri prout Victori quoad Vucapionez, ſicut et deſeruit cujuslibet alterius deponendi prout deponendi, qui per deponarium poſſidet. d. l. 30. 5. Ut. de acquir. poſſeſſ. Si tamen amittenda poſſeſſionis cauſa res apud ſequeſtrum deponatur, et hoc a parte fuerit comprobatum, poſſeſſio interumpſit, et in ſequeſtrum transfera, nec partibus, id eſt legantibus, qui rem deponerunt, ad Vucapionez prodeſt, et in his terminis deponendi ſcilicet poſſeſſionis interumpſit intelligi debet tot. in l. Licet. 11. 5. de Depoſiti communi interpretatione, quam poſt Antiquiores defendunt Cuſac. lib. 29. Obſerv. cap. 33. Giffa. n. 19. de acquir. poſſeſſ. ubi in bona fidei poſſeſſor fundum a Dño conduxerit, ſtatim poſſidere deſinit, et Vucapere, et idem procedit, ſi fundum ab extraneo conduxerit, cum conductio pro traditione ſit, et locator poſſideat per mediam perſonam conductoris. l. Quæ ea multar. 11. de Rei Vindic. d. l. 25. 5. de acquir. poſſeſſ. n. 19. forſan bona fidei poſſeſſor ſe poſſidere ignoraverit. tot. ſic intelligi in l. Si aliquam rem. 28. eod. tit. juncti Donello d. lib. 5. cap. 13. et Barboſa in l. Si alienum. 11. ſoluto matrim. n. 105. cum ſeqq.

N. 11.

Quintum apponit Iavolenus in l. Et a quo. 21. de Vucapion. in bona fidei poſſeſſore, qui fundum, quem Vucapere ceperat, Domino locavit, ſignanter loquitur de locatione Domino facta, quia ſi extraneo locaret, etiam per conductorez poſſideret, et Vucapere; Vbi autem Domino locavit, hoc ipſo poſſeſſionem amittit, et Vucapere deſinit, q. quamvis animum habuerit retinenda poſſeſſionis per conductorem; cum tamen rei propria locatio non ſubſiſtat l. Nec pignus. 45. de Reg. Iur. l. Qui rem. 20. C. de Locato, nec actio ei ſuſceperit, per quam rem a Dño poſſit recuperare, nec facultas rei apprehendenda eſt. Idem fortiori ratione dicendum eſt, ſi bona fidei poſſeſſor fundum Dño vendiderit, quo cauſa præterquamq. venditio non ſubſiſtit. l. Sua rei. 16. de Contrah. empt. manifeſte voluit poſſeſſionem in Emptorem tranſferre. Sec. tom. in d. l. 21. explicat Donell. d. lib. 5. cap. 12.

N. 12.

Sextum exemplum ſolum locum habet in eo, qui materiam, quam ceperat Vucapere, in ædificium conſecit, qui poſſeſſionez amittit. l. 16. Ut. de Igno. inſuncto, ut conſtat ex dictis num. 4. et contra Donell. d. cap. 12. optime fundat Omuat. ac proinde Vucapionez interpellet. Sed tunc difficilius eſt tot. in d. l. Remor. 30. 5. de Vucap. Cuius reſpondeat Cuſac. ad Pandect. Omnia Bartholi ſolutione, qua facile convincitur ex l. Servituti. 14. de Servitut. aſerit, quod ſicuti in alijs cauſis, ſicet in præſenti Iure ſingulari receptum eſt, ut quamvis per conjunctioz in ædificiis poſſeſſio interumpatur, non tamen Vucapio interpelletur. Cujacium ſequuntur Faber, et alij ad tom. in l. Denique. 19. Ex quib. cauſ. major. et noſter Antecessor D. Laurent. Santos de P. Pedro in manuſcript.

ad lib. 11.

ad lib. v. Regular. Lacinii Rufini in l. Sine possessione. de Usucap. qui hujus singula-
 ritatis ratione desumunt ex Publiciana utilitate, ad quam maxime pertinet ad ornatum Ci-
 vitatis, ut Aedificia struantur. l. Prator. 20. §. Hoc interdictionum. to. de Novi oper. nunt. l. Vlt. Neg.
 in loco publ. Sed quamvis admittam Iure singulari etiam interrupta possessione Usucapionez
 continuari, in nonnullis casibus, quos postea recensere, in proposito tamen nullam singula-
 ritatis ratione invenio; Usucapionez etenim interruptio Aedificij constructioni nullum
 infert impedimentuz, cum si Aedificij in proprio solo constructum sit, materia Domini
 eam quamvis non dum Usucaptam non possit Aedificio manente vindicare, et sic aliena ma-
 teria, quamvis non Usucapta, solo cedat. l. 7. §. Cum in suo. to. de acquir. Ter. domin. §. Cum suo. 29. In-
 tit. de Rex. divi. Quapropter cum Orualdo ubi supra, quem sequitur Asson ad rubric. nati etuli n. 17.
 et 22. dicendum e, Consultum in d. §. potius aereze, eum, qui materiam ad Usucapionez, cujus decem
 dies supererent, in Aedificij confectione, Usucapere non posse, quamvis Aedificij confectione, Verba etenim
 illa nihilominus eum Usucapionez negociatione importans, quam scriptum esse nihil magi euz
 Usucapionem, uti et in l. qui fundum. d. §. Servus. 2. pro emptore, juncto ibi Cusacio lib. 44. Digestor.
 Julian. qui adduxit elegantem ad rem locum Varroni lib. 3. de Re Rustica, et in l. 2. §. de Vi bonoz.
 Raptoz. juncto ibi Goffredo, et in l. Alexandrini. 56. C. de Decurion. lib. 10. Quod sibi Voluere Con-
 sultum ex eo, convincitur, qd materiam confectione in Aedificio opponit gemma annulo inclusa;
 Et cum respondeat, per inclusione gemme possessione, et Usucapionez non interrupti, confectione
 in casu materia confectione respondeat dicendum e; potuit autem casum magi dubitabilez propter
 tempore brevitatez, quod ad implendam Usucapionez durat, cujus non habenda ratio videbatur,
 sed cum tempus Usucapionez prefinitum per omnia momenta debeatur adimpleri. d. l. 14. de Servitut.
 merito interrupta possessione quamvis decem solum dies supererent, interrupti Usucapionez
 Respondet = = Vltimum exemplum suppediat interruptio Usucapionez per captivitate con-
 tingentez, qua Usucapionez interrupti d. l. 19. d. l. 23. §. et 2. Ex quib. caus. major. d. l. 23. §. 1.
 de acquir. possen. l. 1. qui pro emptore. 15. in prin. de Usucap. d. l. 12. §. facti. 2. de Captivis; nec
 enim captivus potest animo possessione retinere, cum nec possessione habeat, qd nec faculta-
 tem apprehendendi habet, quom animo simul conjunctione esse debere ad retinendaz posses-
 sione diximus num. 9. imo nec reverari potestatem retrofingitur possessione, quamvis
 medio tempore possessio ab altero occupata non fuerit, sed nova indiget possessione, ut possit Us-
 capere, ut apparet ex dictis Iuris; possessio quippe tota est facti, ut cum pluri bus late fun-
 dat Valentia lib. 4. illust. tract. 2. cap. 2. n. 31. cum seqq. Et quamvis fictio potestatem ad instar
 ceteraruz fictione circa factum versetur, cum captivum reverari nunquam captum fuisse,
 sed semper in Civitate manere, quod mere facti est, debita captivitate mora retrocedat,
 facta pro infecti animi solum quoad Iuris effectum, non quoad re facti, qualis esset possessio,
 qua utpote ex annati facultate possidentis Iuris dispositioni non subiecta, sic per pri-
 dus erit pro explicat. tot. in l. Cum quis. 41. in prin. de fure. Ita circa controversiaz pro-
 cedunt, si captivus per semetipsum ante captivitatez possidebat; Quid autem eorum, qua
 per subiectas sua potestate perionas, veluti filium fam. aut servuz possidebat? D. Rees ubi
 super num. 10. cum seqq. eximitur, servi coeptam Usucapionez, et possessione ante Domino-
 num captivitatez ex quacunque causa etiam non peculiari continuari, et perfici; Cer-
 tum captivitatez ex quacunque causa etiam non peculiari Usucapere ceperunt, ita ut ex
 titis tamen est, multum interesse, an ex causa peculiari Usucapere ceperunt, ita ut ex
 causa peculiari possint coeptam ante Patri, aut Domini captivitatez Usucapionez continu-
 are, quemadmodum et possunt Iure singulari durante captivitate ex causa peculiari inci-
 pere possidere, et Usucapere, ita ut Patri, aut Dno ab hostibus capto, et reverso medijs tempore
 possessio ad Usucapionez prioris ex sent. Juliani, qua adveari Marcellum obtinuit. tot. sic
 intelligendi in d. l. 23. §. 3. Ex quib. caus. major. d. l. 15. Veri quod si servi de Usucap. (cujus ple-
 niorum explicacione inferius dabimus) d. l. 12. §. 2. de Captivis; Extra causam autem peculi-
 arem idem omnino servandum sit, quod observaretur, si captivus per semetipsum possidere

N. 13.

Cœpisset, ita ut per servum, aut filium extra peculiarem causam incipere Vucatio ex capti-
vitate interrupta, et postliminij fictioni reservatur, nec Patru, aut Dño reversio medium
tempus prodere possit, quemadmodum nec servus, aut filius post Domini, aut Patru captivitate
potest incipere possidere, aut Vucapere d. l. 44. §. Vt. de Vucation. cum cessante Iure singulari
extra causam peculiarem captivus nec possessionem acquirere, nec ante captivitatem acquiritam
animo retinere possit. docent Cusac. lib. 28. quæst. 12. Papin. in d. l. 44. §. Vt. quem parum competen-
ter pro maxima opinione afferebant Reser. loci superiorum num. laudari, Avin. num. 24. et Sar-
toi num. 9. cum duobus seqq.

N. 14.

Et omnibus casibus possessio naturaliter interrupta,
per litis autem contestationem civiliter possessionem, et Vucationem interruptari vulgo dicitur,
falsio tamen, cum adhuc post litem contestatam Vucationem curare, seu non interruptari, et
absolute possessionem cum effectu prodere abique ullo rescissionis metu affirmant Consulti in d.
l. Si post acceptum. 18. de Rei vindic. l. 2. §. Vt. Pro emptore. l. 2. Pro donato, quamvis condemna-
to possessore verum ita, Vucationem in termino iudicij completam rescindi, et rem Vucatam
perinde restituere debere, ac si Vucata non fuisset. d. l. 18. de Rei vindic. l. Iulianus. §. Proinde. 6.
ad exhibend. §. Sed ad exhibendum. 3. Insti. de officio Iudicij, sententia potestate, cuius tem-
pus retrotrahitur ad tempus litis contestata, et cuiusvis res in iudicium deducta in eadem
causa reponitur, in qua erat incipiendi iudicij tempore. d. l. 9. §. Quantum. §. ad exhibend. Do-
nell. d. lib. 5. Comment. cap. 21. et lib. 20. cap. 5. Osiwald. cap. 21. lit. C. nisi vicus possessor rei estimatio-
nem perolverit, qui mutata causa possessionis pro emptore incipit possidere, nec rem Vucap-
tam tenetur restituere. d. l. 2. §. Vt. pro emptore; Quod enim dicitur, nemini sibi posse causam
possessionis mutare. l. 3. §. Illud. 19. de acquir. posses. l. 2. §. Pro hærede. fallit, si nova causa exortu-
secus accedat. l. Non solum. 33. §. de Vucation. Et siquidem quærat, an causa possessionis mu-
tata interrupta Vucatio intelligatur? Casus extrinsecus accessio debet expectari, qui si
tata interrupta Vucatio intelligatur? Casus extrinsecus accessio debet expectari, qui si
Vucationem facultatem possit præstare, non solum captam Vucationem non interruptit, sed et
initium præbet Vucationi, si verus possessionis causa inefficax erat ad Vucationem d. l. 33.
§. de Vucation. juncto ibi Cujacio lib. 44. ff. Iulianus, ac si nova possessionis causa inhabilis ad
Vucationem non solum non potest incipere, sed et ante causa interrupta ex defectu tituli, seu q.
idem est ex defectu iura possessionis, veluti si is, qui pro hærede capere Vucapere, preca-
rio rogaverit, Vucapere non poterit. l. Qui cum pro hærede. 6. in prin. Pro emptore; mutata
enim extrinsecus causa possessionis, per precarium verus iura possessio interrupta, et
sola superest precaria possessio, quæ iura non est quoad causam Vucationis. d. l. Quæcun-
que. 13. §. de Publiciana; Superior autem doctrina in Vucatione procedat; An vero longi
temporis præscriptio interrupta per litis contestationem ingenti est questio, quam ut
potest ab initio (solum de Vucationibus tractatur) alienam, omnino. Videndi circa eam
sunt tot. in l. Alienam. 13. Pro emptore. l. Mora. 26. de Rei vindic. l. Nemo. to. C. de acquir.
posses. l. 1. et 2. l. Nec bona fide. 10. de Prescript. long. tempor. l. 2. C. de annali. except. et pro eo-
rum intelligentia ad eundem præter Donell. et Osiwald. et ab eo Telato ubi proxime Pachineus
lib. 8. Contror. cap. 39. Avin. ad Rubric. novæ tituli. num. 32. cum 2. seqq. Mela. 2. parte de Pres-
cription. cap. 2. num. 9. cum 2. seqq.

N. 15.

Quod hactenus diximus, interrupta possessione Vucationem
interrupti, regulariter singulari Iure recte captam Vucationem interruptit possessio-
ni interruptio, nec ideo Ius fingit possessionem, sed ejus effectum concedit. Primus casus est,
si servus fugerit à bonæ fidei possessore, qui licet servum fugitivum non possideat. d. l. 54. §. Vt.
de acquir. rer. dom. d. l. 23. §. 2. de liberali. cau. cum ignis apprehendendi facultatem non habeat,
Vilitatis tamen causa, nè aliquod per servi fugam experiatu dependit, etiam interrupta
possessione potest Vucationem perficere. l. Si à bonæ fidei. 21. de Rei vindic. l. 1. §. Per servum. 14. de
acquir. posses. l. In accessione. 8. de Divers. et tempor. præscriptio. et in hoc sensu expressa nota
improprièrari possideri videri servum fugitivum auerunt Consulti in l. Pompon. 13. in prin. l.
Rem. 15. de acquir. posses. id est in veritate quidem non possideri, sed intelligi possideri quo ad
Effectum

intelligi possidere, seu effectum possessionis quoad Vindicacionem habere, et ex eadem ratione etiam Vindicatio interruptiva, si pignus ab inuito utiliter constitutum in utile esse cogit ex causa acquisita dominij a creditore l. Si rem alienam. 29. de Pignor. act. nisi nuda conventionione contractum sit, quo casu adhuc debitor poterit Vindicare, quia nullum pignus contractum est. d. l. 33. §. 5. Quae ratio omnino Cusacio lib. 44. Digest. Julian. in eo textu, eam vim habet, nisi fallor, ubi bona fidei possessor rem Domino nuda conventionione obligavit, non solum inutile erit pignus in ratione pignoris, sed in ordine ad translationem possessionis, quae cum nec ex causa utiliter hypothecae in creditoris transferatur. l. Si rem. 9. §. Progre. 2. de Pignorat. act. multo minus poterit in Dominum per inuicem hypothecae transferri, et sic debitor tanquam Vindicacionem vere possideri non singulari, sed communi Iure poterit capram Vindicacionem perficere =

N. 17.

Igitur poterit debitorem pignori datum Vindicare, vel Iure singulari si possessio ex causa pignoris penes creditorem permaneat, vel Iure communi, si ipse nactus fuerit possessionem, ut eleganter declarat Julianus in d. l. 33. §. penult. de Vindic. iuncto ibi Cusacio lib. 44. ff. Juliani; alioquin si creditor vel possessionem amiserit, vel mutata causa possessionis iniuste possidere coeperit, Vindicatio debitoris interruptiva, veluti si creditor rem, quam ex causa pignoris acceperit, alteri pignori nomine tradiderit, et sic possessionem in suum creditoris transtulerit, non si nuda conventionione obligaverit. d. l. 33. §. 4. in fine, aut si rem pignori acceptam alij tradiderit, quamvis ex causa Commodati d. l. 33. §. 4. quippe cum furtum committat. l. Si pignore. 59. in principio. de furtis, mutata per furtum causa possessionis, desinit ex causa pignoris, et incipit iniuste possidere, nec per pignus, sed per furtum possessionem intervertit, et Vindicacionem interpellat. Ex regula tamen in l. 5. de Vindic. Sed Obijci poterit tamen in d. l. 30. §. fin. de Acquir. posses. ubi quod aerecitur, locatorem, aut deponentem possessionem retinere, et si Colonus fundum alteri locavit, vel depositarius rem apud alterum deponeret, proprium est, cum nihil prohibeat, conductorem rem alteri locare, aut depositarium rem alteri custodiendam dare. l. Si u. 16. de Pignori. l. 25. §. 1. de Acquir. posses. l. Nemo. 6. C. de Locato. Quod autem dicitur, commodantem possessionem retinere, et si Commodatarius rem alij rursus commodaverit, difficillimum est, cum Commodatarius hoc ipso furtum commiserit. l. 54. §. 1. de furtis. Pro solutione tamen omnino Accus. et Cusacio ad Pandect. respondendum est, demum commodantem retinere possessionem, si Commodatarius furtum non commiserit, dum rem commodavit, quod ita contingit, si secundum Commodatarius rem ejus esse crediderit, ut exprimitur in ipso textu, et ipse sibi licere rem alteri commodare existimaverit, quod necessario supponendum est, alioquin furtum committeret, et possessionem interverteret, ut in d. l. 33. §. 4. ubi creditor, qui rem commodavit, quia furtum commiserit, possessionem intervertit, ut tradit Valerius libro singulari animadversionum cap. 8 =

N. 18.

Tertius casus est in hereditate jacente, quae quamvis possessionis sit ex parte, ut dixi num. 7. capram tamen defuncto Vindicacionem Iure singulari sine possessione poterit continuare. l. Nunquam. 34. §. Vacuum. 15. l. Capram. 40. l. 44. §. non dum aliter. 3. de Vindic. l. 6. §. Vlt. cum l. seq. in principio. Pro Emptore, quod omnino recipi oportuit; nam si interrupta per mortem possessione interrupta Vindicatio, frequenter mortui casu bono publico Vindicacionis illud dezer, et licet ex parte ad differentiam dominij ante apprehensionem possessionis non acquirat. l. 23. in principio. de Acquir. posses. quamvis non heres sit (ut solide fundat Anon ad rubricam non nisi n. 159. cum l. seq.) possit post additionem etiam ante apprehensionem possessionis etiam ex eodem Iure singulari capram Vindicacionem perficere d. l. 34. §. 5. de Vindic. d. l. 6. §. Vlt. cum l. seq. Pro Emptore. Ex ea ratione, uti ego censeo, quod aliquando si Ius illud singulari intra tempus iacentis hereditatis contineretur, nec ad tempus etiam, quod inter additionem hereditatis, et acquisitionem possessionis intercedit, extendere, futuraneus redderetur, et inane, parumque interesset, jacente hereditate Vindicacionem continuari, quae additione secuta foret interrupta propter defectum possessionis medio illo tempore inter additionem, et apprehensionem; quapropter semel recepta, iacentem hereditatem Vindicacionem continuare, ex consequenti receptum est etiam, heredem post additionem sine possessione posse Vindicacionem perficere, et Vacuum illud tempus perinde computari, et ad Vindicacionem prodere, ac tempus iacentis hereditatis, ex quo principio, quamvis non sic intellecto, difficiliter ad rem aliam tamen in l. 25. §. 1. de Crimine expilata hereditat. non ineleganter explicat Retus lib. 2. opus. cap. 2. num. 25. Accedit, quod ad heredem per additionem ea omnia transferantur, quae fuerunt hereditatis. d. l. 23. de Acquir. posses. argui Ius Vindicacionis a defuncto capram

continuanda fuit hereditati: q. ad heredem sine possessione praesens per additionem transmissa, et hoc ubi existimo voluisse Iavolenum in l. 22. de Vucap. dum dicit, quod heres, et hereditas unius personae vice funguntur. Quae sententia ut a Tubro, sub quo facit, n. ut aliena, meo iudicio sic exponenda est. Heres succedit in loco hereditatis, ejus vice fungitur, et omne, quod ejus fuit, acquirit, ac proinde per additionem Ius continuanda Vucapionis, quod fuit penes hereditatem nunciatur; quod adeo verum est, ut etiam heredi ulteriori defuncti possessio, et vacuum tempus ad Vucapionem proficiat, et si medius heres non possideret. l. 2. S. Etiam Pro emptore. ubi sic intelligitur. cum Anton ubi nuper num. 454. in l. 13. S. non autem. S. de acquir. posses. iuxta Negativam Vulgaris lectionis, quam etiam Florentina praesert, quamvis aliter tom. intelligat Roreri lib. 3. opusculor. ad l. 13. S. de Diversi. et tempor. praescription. n. 5. Quae Omnia ita accipienda sunt, si medio tempore inter mortem, aut inter additionem, et apprehensionem possessio ab altero occupata non fuerit, alioquin Iure singulari cessante, q. ex parte alterius possessio conquiescit, Vucapio interruptitur. l. Posses. Co. de Vucap. d. l. 6. S. Vlt. Pro emptore. ubi sic accipiendus in d. l. 13. S. Quae iura. S. de acquir. posses. Ex doctrina Cusacii ad Pandect. in d. l. 13. S. 3. et Ormald. d. lib. 5. Comment. cap. 20. lit. 2.

N. 19

Ex hoc Iure singulari facile explicatur ubi in d. l. 30. S. Quod per Colonom. S. de acquir. posses. ubi elegans illud dixerimen inter possessionem, et Vucapionem adhibet Paulus, si id q. defuncti per Colonom possidebat, heres possessionem non sit nactus, possidere non poterit, possessio etenim, quae tota facta est, sicuti non manet in hereditate, sic nec ipso Iure potuit in heredem transferri, et quod defuncti per Colonom Vucapiebat, heres etiam sine possessione Iure singulari poterit Vucapere ex jam dictis, prout docent Cujac. et Giphani in d. S. S. Diversum Ius observatur, si Colonus, per quem quis Vucapiebat, decederit; tunc enim non Iure singulari, sed communi Iure currit Vucapio, cum nec fuerit interrupta possessio, non quia manserit in hereditate Coloni, sed quia a bona fidei possessore animo retinetur. l. 3. S. Si quis nunciat. S. Veri. quod si servus. l. 25. S. 4. de acquir. posses. Nec contrarium est Africanus in l. Si duo. S. 1. eod. tit. ubi quod aserit, propter utilitatem receptum esse, ut mortuo Colono possessio retineatur, non est intelligendus de Iure singulari, quo capta a defuncto Vucapio jacente hereditate completur, sed de generali benignitate quoad effectum, ut solo animo possessio retineatur, de qua Valerius d. lib. 4. tract. 2. cap. n. 26. quod sine controversia procedat in casu mortui Coloni; at si Colonus a re conducta decederit, quo exiret inter Proculum, et Sabinius, cuius Vestigia comperuntur in l. Cum quis. 3. de Dolo. d. l. 3. S. 8. l. Si Colonus. 3. de l. 40. S. 1. de acquir. posses. quam Iustinus submovit in l. Vlt. C. eod. tit. statuens, ut observetur in casu dicentis, quod obtinet in casu mortui Coloni, si ex bona fide censentur explicant Giphani in d. l. 40. S. 1. Cusacii tract. 1. ad African. Mexill ad 50. decision. Justinian. in d. l. Vlt. quamvis non me lateat, nonnullos magni nominis Virgilianos Antecessores ad tit. ff. de acquir. posses. repetentes Consultorum Treverensium non admittere, et aliter praesertim textus intelligere =

N. 20

Sed hereditatem jacentem quamvis non acquirere, retinere tamen possessionem posse, ac per consequens non singulari, sed communi Iure Vucapionem continuare ex eo non invalide probari videtur, quod hereditas jacens, quamvis utpotest persona ficta corporis, et animi expers nec acquirendi, nec retinendi possessionem animum habeat, tamen ex eadem ratione nec animum habet amittendi; atqui non dato animo amittendi, quamvis nec de tunc animus retinendi, possessio retinetur: q. hereditas jacens defuncti possessionem retinet. Menor, praterquamq. satis probatur ex l. 8. de acquir. posses. cum similib. (quibus sine amittendi animo possessionem non amitti traditur) eleganter raderet selecto ad rem tou. in l. Si quis. 27. eod. tit. ubi furioris, qui ex animi defectu possessionem acquirere non potest, retinet tamen antefurionem acquiritam possessionem ex eo solum quod licet animum non habeat retinendi, tamen nec animum habet amittendi. Id ipsum contingit in hereditate, quae nec amittendi animum potest habere, quo respexisse videtur Pompon. in d. l. 25. S. 1. eod. tit. dum casum furionis cum casu mortui coniungit, et furioso mortuo similem facit: q. hereditas ex defectu animi amittendi ad irritam furionis acquiritam a defuncto possessionem retinebit, quod et docuisse videtur Consultus in Vulgaribus Iuribus in l. Cum miles. 30. Ex quibus causis majorum. l. Genit. 88. de acquir. herede. pro cuius difficultatis solutione inter hereditatem, et furionem eam differentiam

qua fuit interrupta, per captivitatem non interrupta censeatur, nec magis fingere, ut reversus
 p[er]inde ac si captivus n[on] fuisset, animo retinuisse possessionem caderet, ut dixi num. 12. §. nec lex Cor-
 nelia potest fingere possessionem ante mortem naturalem Captivi interruptam n[on] fuisse, nec stante
 huiusmodi interruptione jacenti hereditas potest Vucapionem continuare. Denique fictio legis Cor-
 nelia ad instar fictionis p[er]liminij n[on] modo retrotrahitur, sed et suspensiva est, et paxi, suspensiva
 subvertit paxi retrotrahitur tanquam principaliori, adeo ut reversio, aut Captivi hereditas
 potestate fictionis retrotrahitur restituantur, quae fuerint in suspensio durante Captivitate. l. Illa
 32. §. de heredib. inst. cum Vulg. ut vel peripicui adversarius nunc no[n] tenet, Venerandus, et no[n]
 tenet Praeceptor agnoscit. d. lib. opuscul. cap. 2. num. 3. et cap. 15. n. 3. cum seqq; sed possessio, ut potest quae to-
 ta in facto consistit, per captivitatem n[on] suspenditur, sed abrupta: §. n[on] magis retrotrahitur le-
 gi Cornelii fictio, quam p[er]liminij circa semel interruptam possessionem quae quae potest operari,
 alienari non poterant, non quia quiritarij dominij essent ex parte, sed quia manu
 comprehendere, seu manu capi non poterant; quippe cum res mobiles non nisi praesentes,
 nec plures quam quae manu caperentur, manciparentur. ut ait Ulpianus d. tit. 19. §. 5.
 Res mobiles. §. inde fiebat, quod ferebatur non possent in mancipationem venire, sive quae
 mancipatio erat modus acquirendi perpetui, et irrevocabili dominij, quod inferas
 libertas non cadit, aut potest quae si nostram custodiam evaserint, praestinatam libertatem
 recipiunt, et melius in bonum constituuntur. l. 35. ff. cum duab. legib. seqq. de acquir.
 rer. domin. §. fere igitur. ff. cum seqq. Invenit de Rerum divi. ut sentit Retei d.
 cap. 19. num. 2. haec igitur nec mancipij res, quamvis ex praedictis rationibus manci-
 pari non possent, in alium tamen quemlibet transferendi quiritarij dominij modum

Num. 3

Venire potuerunt, et quiritarij earum dominij alij extra mancipationem modi acquirere-
batur, et de his rebus nec mancipi mobilibus. Exaudiendum est Vlpiani fragmentum d. tit. 19.
S. D. quatenus nec mancipi res Vucapi potuisse affirmat, et exaudiri potest tot. in d. l. 54. de
eviction. ex mente Iustiniani, qui in d. l. Vnica. Veri. Cum antiqui. C. de Vucap. transform. re-
fert, Antiquos circa res mobiles, vel semimoventes n. solum in Italia, sed in omni Orbe Vucapio-
nibus admittit, ut docere demore explicat Cujac. in d. l. Vnica. Ex cuius noviter doctrina
disparitatis aliquibus Vlpiani fragmentis ab Auctoribus n. animadvertit in lucem p. fero.
Inquit Vlpianus d. tit. 19. S. In Iure. 8. et 9. Adjudicatione. 14. et in 5. Legatum. 15. per centionem
in Iure ad vindicationem, aut legatum vindicationis dominia rerum acquiri sive man-
cipi sint, sive nec mancipi. Quae sent. a. cum procedere nequeat in illis nec mancipi rebus,
quae quiritarij dominij expertes erant, cum in Iure centio, adjudicatio, et legatum vindi-
cationis solennes essent modi mancipiendi dominij quiritarij, nec circa rei, quarum id
dominium acquiri non poterat, locum habebant, ut notum est, et de legato vindicationis
idem Vlpianus testatur tit. 29. de Legati. 5. Per vindicationem. 6. ex necessaria Iuris ratione
ad eas nec mancipi res debet restringi, quarum quiritarij poterat dominium acquiri,
et per omnes legitimos modos praeter mancipationem ex nuper assignata ratione defacto
acquirebatur =

Num. 1.

Huiusmodi nec mancipi rebus censet Galban. de Vucap. cap. 33. num. 9. simi-
lia esse Provincialia praedia occupatoria, quae post veteri Provinciae fugati horibus, nec
Populo, nec Principi adjiciebantur, sed ab occupari acquirerebantur, quae cum privata
essent, quamvis nec mancipi Vucapionez recipiebant, si ab eo possiderentur, qui Iure Ci-
vium Romanorum uteretur; Quae opinio partim est falsa, partim est Vera; falsa, quate-
nus Provincialia praedia occupatoria inter res nec mancipi recenent; quippe cum illa
demum res immobiles nec mancipi dicebantur, quarum n. poterat quiritarij dominium
acquiri, occupatoria praedia, ut pote privata, et quiritarij dominij capacia mancipi pro-
fecto dicenda fuerunt. Nec obstat, qui Galbanum deceptit, Vlpianus d. tit. 19. in pra. ubi
Italia duntaxat praedia mancipi rebus arumerat; nam imo ex idoneitate rationis, Ita-
licorum praediorum appellatione praedia principalia, quiritarij dominij capacia, qualia erant
occupatoria, Vlpianus comprehendit dicendus est; Vera autem superior Galban. assertio, dum
tenet, occupatoria praedia Vucapionez recipere; quod enim simpliciter Iustin. scribit in
d. l. Vnica. C. de Vucap. transform. olim in Provincialibus praedij Vucapioni locum n. fuisse,
de publicis praedij, veluti stipendiarij, aut tributarij debet intelligi, non de privatis,
veluti occupatorijs, quae tanquam inter res mancipi inclusa, et quiritarij erant capa-
cia. Et tandem recte adjicit Galban. eos tandem huiusmodi praedia Vucapere potuisse,
qui Civium Romanorum Iure uterentur; Verum id non erat huiusmodi praediorum Vucapio-
nis proprium, sed cuiuslibet Vucapioni commune, quae cum tota Iuris civilis sit, non
alij competere potuit, quam qui vel Cives essent Romani, vel Civium Iure fruerentur,
itaque lege XII. Tabul. fuit capere, quae hori, id est peregrino Vucapionez interdixit
his verbis, quae stant apud Ciceronem lib. 1. Officior. Adverius hori aeterna auctoritas esto
ut explicant Iacobus Gothofred. ad leg. XII. Tabular. in notis Tabula 6. pagin. 24. et
Galban. d. num. 9. Unde quamvis Provinciales, ut pote Cives Romani effecti ex consti-
tutione Antoninae, cuius meminit Vlpianus in l. In vrb. 17. de statu homin. Vucapere po-
tuerunt, ut ex supradictis apparet; peregrini tamen ex contraxio tanquam Romani Ci-
vitatibus expertes Vucapere n. potuerunt, ut dixi cap. 3. num. 34. nisi in quibus Ius comertij
datum esset, ita ut mancipatione, et reliquis solemnibus actibus peragerent, qui cum possent
quiritarij dominij acquirere, ut scribit Vlpianus d. tit. 19. S. mancipatio. 3. utique et
Vucapere poterant; Ex his tamen duntaxat titulis, qui ex Iure comertij proveniebant,
veluti pro emptore, pro donato, pro soluto, et his similibus, non autem eo titulo, qui pra-
ter comertij aliquid aliud requirebat, quo peregrini carebant; quapropter peregrini
tamen comertium habuerunt, quo dote Vucapere non poterat, quia pro dote titulus non nisi
Exp. 100

ex iusto matrimonio nascitur, quod contrahere Peregrinus non potuit, nisi Ius commu-
 bij impetraret, ut tradit Ulpianus tit. 5. de hi qui in potest. ss. 5. Connubium. 3. Quo casu
 etiam pro dote Vucapere potuisset, et fortiori ratione peregrini, quamvis comexij Ius impetra-
 ssent, factione carebant, pro haerede, aut pro legato Vucapere non poterant; Unde non Vulgare
 tenet Explicandus Iavolenus in l. Nemo. Pro legato, ubi docet, quod solum pro legato po-
 terit Vucapere, cum quo testamenti factio est, et ratione praestat, quia ex Iure testamenti
 proficiuntur, innuit videlicet, quod cum is, cum quo testamenti factio non est, qualis est
 peregrinus, quamvis Ius comexij habeat, pro legato Vucapere non poterit, quia is titulus
 ex Iure testamenti proficiuntur, id est pro legato titulus comexij Ius supponit, et testa-
 menti factionem requirit, ut subtiliter explicat Merillus lib. 6. Observat. cap. 17.

Num. 5.

Quiritarium itaque dominium per
 Vucapiones de iure barum vel iura possessioni, vel dominio bonitatis, quo sensu per ad-
 jectionem dominij eleganter Modestinus Vucapiones definit, ut iam cap. 1. num. 8. nota-
 verunt; Quod enim vulgo dicitur, acquisitionem semel dominij iterum acquiri non posse. Sed
 si rem. 10. Inist. de Legatu eo pertinet, ut idem dominium semel acquisitionem ex alia causa non
 possit acquiri; non autem prohibet, ut qui bonitatis duntaxat dominium acquirunt, qui-
 ritarium postea dominium acquirat, et bonitatis deiciat, ut videtur est in eo, qui post agnitionem
 bonorum possessorum, et apprehensam possessionem adit haereditatem, qui bonitatis dominus ex causa
 bonorum possessionis acquirito quiritarium dominium adiicit per haereditatis aditionem. singu-
 laris exi. in l. Si quis. 25. §. Sed quid si mandavit. 7. Veni. Aut quid. de acquir. haered. quem
 sic erudite explicat notus Suarez de Mendoza lib. 4. ad leg. Aquil. cap. 5. sect. 2. num. 30. cum 3.
 seqq. Hoc idem in Vucapione contingit, per quam bonitatis dominio ante acquisitionem adji-
 citur quiritarium, et sic per plures textus explicandos admodum cap. 2. num. 3. et cap. 3. num. 25.
 cum ibi laudatis, quibus addendi alij, quos refert Reti. d. cap. 19. num. 6. Solent itaque vel ex alie-
 na, vel ex propria observatione nunc textus afferam, quos nunc explicandos reliqua ex aliena.
 Muc facit exi. in d. l. C. de Pactu, ubi quod scribitur Traditionibus, et Vucapionibus dominia
 verum transferunt, sic accipit Merillus lib. 2. posterior. Observat. cap. 38. quam ad acquisitionem
 dominij quiritarij, et bonitarij, nec sola traditio sufficit, nec sola Vucapio, sed prius tra-
 ditio, et postea Vucapio desiderantur, et sic bonitatis dominio per traditionem acquirito
 quiritarij per Vucapionem adiicitur; Ad rem etiam pertinet, quod olim vox ducta
 per Vum non prius iura, et legitima vox efficiebatur, quam si per anni spatium a mari-
 to fuerit possessa, et quodammodo Vucapta, nec a parentibus usurpata, ut ex Aulo Gellio
 Macrois, et Servio observant Galban. de Vusufruct. cap. 25. num. 3. et Suarez de Men-
 doza lib. 2. ad legem Aquil. cap. 3. sect. 3. num. 45.

Num. 6.

Conducit etiam exi. in l. Si finita. 15.
 §. Si de Vectigalibus. 26. cum §. sequenti de Damno infecto, ubi si cum Vectigales & d. (sic
 dicuntur & d. quarum dominium quiritarium, Civitas, vel municipium habent in ali-
 quem privatum bonitatum dominium transferunt sub onere alicujus pensionis quot-
 annis solvenda. l. t. et fere per totum titulum. Si ager Vectigal. vel emphyt. petatur, prout
 exponit Alvarez Balazus de Iure Emphyt. quart. 31.) Turinam vicinis & dibus minaren-
 tur, Vectigalium possessor de Damno infecto non caveat post primum decretum Praetoris
 interpositum, per quod vicinis custodia causa in Vectigalium & dium possessionem mitti-
 tur, Respondet Ulpianus, secundum decretum interponi non posse, per quod minus in po-
 ssessionem possidere jubetur. Ratio est, quia licet regulariter si ex justa causa secundum
 decretum interponatur, et possidere suus dominio bonitatis per secundum decretum
 possit per Vucapionem quiritarij adiicere, ut dixi cap. 1. num. 4. et cap. 2. num. 3. et cap. 3.
 Num. 16. id tamen verum est in hi adibus, quae sunt quiritarij dominij capaces, et Vucapio-
 nibiles, non in Vectigalibus, quarum quiritarium dominium generi Civitatis, et municipi-
 um pertinet, nec privato poterat per Vucapiones acquiri, quamvis circa eas longi-
 temporis praescriptio ad bonitatis dominij acquisitionem locum haberet, quod fuit

VA. B. B. S. C.

Causa, ut Vectigalium adium nomine possessorum Publiciana competere, quae quamvis ceteris in
his, quae nec Vucationes, nec praescriptiones recipiunt. l. 9. §. Haec. de public. in rem act. in his, quae
praescriptiones saltem admittunt, locum habet, veluti pro adibus Vectigalibus, et praedij Praevincialibus
iuxta tom. sic intelligi in l. Cum sponni. 12. §. In Vectigalibus. 2. eod. tit. merito ergo avertit Vlorianus
Vicinus Vectigales adesse possidere jubendum non esse, quia quiritariuz dominuz n. potest per Vu-
cationes acquirere, sed ita secundum decretum imponere debere, ut Vicinus idem Ius acquirat,
quod pene eum fuerat, quae cautiones n. praestitit, bonitariuz nempe dominuz. Subiicit tamen
Consultus in d. l. 15. §. 2. quod si cum Municipibus ipsi Vectigales adesse possiderent, quia a muni-
cipibus propter eas fuissent possessores, aut praeter tempus concessionis finitum, et a Vicino requiritur cau-
tionem non praestiterint, per secundum decretum Vicinus possidere jubetur, et quiritarium
dominuz per Vucationes acquirat; quamvis enim rei Civitatis Vucari n. posse dicant, id ve-
rum est in his, quae publicis Vibus deserviunt, quae nec Vucationes, nec praescriptionem re-
cipiunt. l. 9. de Vucari. aut in his, quarum quiritariuz dominuz privato n. potest acquiri, Ve-
luti in adibus Vectigalibus, quandiu sunt pene privatae, quae solum praescriptiones admittunt,
non autem in eis, quarum quiritariuz dominuz potest Civitas in privatam transferre, qua-
les sunt adesse Vectigales apud ipsam Civitatem convenientes, quarum ideo propter omnia a
Municipibus cautionem Vicinus ex secundo decreto possidere solum potest quiritariuz domini-
um per Vucationes acquirere, sic ferè ex alijs docet Anton ad rubricam notari tituli num. 11. cap.
tribus seqq. quidquid dicant Omuald. lib. 15. cap. 46. littera L. et Benedict. Pinell. lib. 4. selectar.
cap. 1. Nec obstat, quod dicitur in d. §. 2. dominuz per longum tempus acquiri; Nam n. ideo
de praescriptione, sed potius de Vucatione loquitur Consultus, cum longi temporis appellatio,
quod in Pandectis de Vucationibus disceptatur, biennuz ad mobilium rerum Vucationem
Requiritur designare ostenderim in cap. precedenti num. 34.

Num. 7.

Ex propria autem observatione ad
hanc partem refero ignotam Papiniani sententiam in l. Iure 44. §. de Vucari. ubi docemur, q.
et si regulariter, ut ex titulo Pro emptore procedat Vucatio duplici tempore contractus, scilicet
et traditionis bona fidei exigatur, ut vidimus cap. 2. num. 7. et 8. Si tamen si rem alie-
nam sciens emit, eo tempore rem emptam accipiat, quando dominus ratam habet vindictio-
nem, traditionis tempus inspicitur, et emptor dominuz acquirat, quin ei noceat scientia rei
alienae tempore contractus, ut potest deficiente ratione, propter quam in contractu emptoris
malam fidem supervenientem tempore contractus emptori officere diximus. Nec dicat aliq.
quod cum emptor dominuz acquirat, in specie Papin. ejus decisio a rubro de Vucari-
onibus est aliena; Papiniani namque mens haec est: quod emptor, qui bonitariuz domi-
nium acquirere, potest per Vucationes quiritariuz dominuz nancisci n. obstante scientia
rei alienae, quam habuit tempore contractus; Hi tamen omnibus graviter revidet diffici-
llimus tom. in l. 4. §. Lana. 19. de Vucation. ubi avertit Paulus, quod lana ovium furtivorum
apud bona fidei emptorem deponi vucari non potest; et rationes adjicit, quia cum in
fructu sit, statim emptori fuit, tunc sive Paulus loquatur de ipso bona fidei possessore,
qui lanam perceperat, prout communiter sentiunt Interpretes, sive de alio, qui lanam eme-
rat a bona fidei possessore, qui eam perceperat, ut contendit Galban. de Vucari. cap. 28. n. 10.
de quo inferius, constat, ipsum bona fidei possessorem bonitariuz solum dominuz lanae
acquirere, cum hujusmodi acquirere a Iure gentium proveniat. §. Si quis a n. Dno. 3. In-
tit. de Rem. divi. et similiter alium quolibet, qui ab ipso bona fidei possessore lanam
emerit, bonitariuz dumtaxat dominuz per traditionem ex causa emptoris subsecuta
sibi acquirere; et tamen decidit Consultus, bona fidei possessorem, vel alium, qui ab eo emerit,
lanam ideo vucare non posse, quia jam bonitariuz ejus dominuz acquirere: q. sentit,
quod qui Dominus est bonitariuz n. potest bonitatio Dominio quiritariuz per Vucationem
adjicere. Ingenti huic difficultati, in cuius solutione nullum habeo, quem sequar, ut respon-

deam, suppono cum Galbano ubi nuxer, Paulum in praesenti de bona fidei possessore, qui lanam emerat, dicitur, ut postea suo loco demonstrabimus; Quo supposito, Verum quidem est, hunc emptorem per traditionem ex causa emptiois factam a bona fidei possessore bonitatis solum lanam dominium acquirere, et lanam adhuc posse Vucapere eo effectu, ut bonitatis dominio per traditionem quareo, qui rariuz per Vucapionem adjiciat; nec id Paulus negat, qui n. auerit, emptorem lanam Vucapere n. posse, imo ait, Vucapere quidem posse, sed non debere, quare dicitur, huius emptori, utpote jam per emptiois bonitatis domino constituto n. necessarium, sed utile esse Vucapionem. Et ut cap. 3. num. 25. et 26. dicebam, quamvis qui a n. Domino rem accepit, indigeat Vucapione; qui tamen bonitatis Dominus fuit actus, Vucapione n. indiget, quare in id utile ei esse dicitur, ut bonitatis qui rariuz dominium adjiciat, et hanc esse Pauli mentem ipsa mihi verba brevia persuadet. Dixerat in iudicio Consulatus, quod lana ovium furtivorum, siquidem apud furem detenta fuit, Vucapi non potest propter vitium furtivitatis, et ex contrario aserit, quod si apud bona fidei emptorem fuerit detenta, Vucapi potest; quoniam cum in fructu sit, quamvis furtivorum ovium fuerit, bona fidei possessori fuit acquirita, saltem quoad dominium bonitatis ex regula totius in l. Bona fidei 48. §. Et Ovium. 2. de acquir. Ver. dom. et potest iterum per Vucapionem acquiri quoad dominium qui rariuz. Et concludit, quod lana apud bona fidei possessorem detenta, quamvis Vucapi possit, Vucapi tamen n. debet, sed statim emptori fit. Manifestum ergo est, Paulum sensisse, Vucapionem necessarium n. esse quoad acquiritionem dominij, et qui emit a bona fidei possessore, apud quem fuit detenta, utpote jam ex causa emptiois bonitatis Domino effectu, utilem tamen ei esse ad hoc ut bonitatis dominio, quod per traditionem quareo, per Vucapionis beneficium qui rariuz possit acquirere =

100

N. 8.

Itaque, quae de qui rariuz dominio, et Italicozum, Provincialiumque praediorum differentia diximus, olim viguerunt sique ad tempora Iustiniani, qui cum qui rariuz dominium Umbrae bonitatis nomen, et rem mancipij, et nec mancipij differentiam subtraheret in l. Vicia. C. de Vucap. transform. inter Italica, et Provincialia praedia veteri dicitur abrogavit, et veterum Provincialium, et praediorum praescriptionem in Vucapionem transformavit, statuens, ut Provincialia praedia n. minus quam Italica per statutum tempus Vucapianent, et per quamcunque Vucapionem plenum, et legitimum dominium acquiratur; nec tamen ideo Vucapionum, praescriptionumve Iura fuerunt per Iustinianum confusa, cum et hodie pluribus in casibus praescriptioni adhuc locum habeant, ut late fundat Galbanus de Vucap. cap. 11. num. 11. a quo habuit ejus dicitur cum Mellis Episcopi de Praescription. cap. 5. per totum: sive ergo novum, sive antiquum Ius in praed. amus, perfecta Vucapio plenum dominium affert Vucapienti d. l. 1. §. 1. in fine de Ver. Vind. d. l. 1. §. 1. Nec tamen ideo semper, et praesens revocabile, prout saltem d. l. 1. §. 1. C. de Vucap. transform. a. Non tamen ideo semper, et praesens revocabile existimant nonnulli, quorum opinionem impugnare cepimus cap. 1. num. 1. cum et revocabile dominium plenum in Iure soleat appellari l. Generaliter 29. §. 1. Jur. et a quibus, sed imo aliando irrevocabile, et novum quam revocabile, quod praeterea sicut colligitur ex eo, quod impleta Iure saepe Vucapio ex iusta causa rescinditur, et dominium per eam acquiritur revocatur. l. Si post acceptam. de Ver. Vind. l. Non quocunque. §. 2. de leg. 1. l. 1. §. 1. C. Si advenit Vucapionem cum similib. Amplius etiam probatur; Nam aliquando rei Vucapere revocabile dominium n. potest per Vucapionem acquiri, ut ecce fere bestia omni Iure sunt Vucapibiles, quo tamen tunc solum revocabile acquiri dominium posse, si sub custodia continentur, diximus num. 3. Rursum quod rei Vucapere irrevocabili dominio n. capax, et per titulum, ex quo procedit Vucapio, efficit, ut irrevocabile solum dominium per Vucapionem acquiratur, quae cum titulo, ex quo dimanat, subvertat, iuxta ejus naturam vel revocabile, vel irrevocabile dominium parit: titulus §. (supposita ex parte rei capacitate) debet attendi, qui si a vero Dno dimanans irrevocabile dominium affert, a n. Dno proveniens efficit, ut per Vucap-

tionem irrevocabile dominij acquiratur; Si autem talis est qui etiam a vero Dño revocans re-
vocabile dominij dumtaxat transferret, ubi a n. Dño dimanat, in ea causa est, ut Vucapio revo-
cabile tantum transferat dominij. Ejus rei perpicua, et elegantia exempla præstant tituli Do-
ni, solutionis per errorem facta, venditionis sub resolutiva conditione contracta, et mortis cau-
sa donationis; qui omnes, quia adhuc a veteri domini provenientes, revocabile dumtaxat do-
minij transferunt, ut notum est, quoties a non domini oriuntur, efficiunt, ut solum revo-
cabile dominij per Vucapionem acquiratur. Juxta tñi n. facile explicandi in l. Indebit. 15. S. 1. de
Condit. indeb. l. 2. S. 1. de Indiem addit. l. 1. Aristo. 8. S. Item Aristo. de Donation. l. Si alienaz
13. l. Qui alienam. 33. de Mortu. ca. donation. l. 2. S. Sabini. 3. et 4. Pro empore. l. 1. et per tot.
titulum Pro dote =

N. 9.

Nec solum revocabile dominij juxta tituli, vel rei Vucapæ naturam præ-
bet Vucapio, sed et revocabile dominij antea acquirunt reddi irrevocabile, et sicut ni-
hil prohibet revolubile dominij ex legati causa irrevocabile acquirere d. l. 82. S. 1. de
leg. 1. Sic nec repugnat, eum, qui revocabile dominij habet, rem propriam Vucapere, et
irrevocabile dominium per Vucapionem nancisci; Et propter exemplum, quod stat in l. In bello.
12. S. Et n. ignorans. 8. de Captivi, quem textum satis jam explicari cap. l. num. 7. Aliud non
minus cernitur elegans in bona fidei possessore, qui fructus de alieno fundo perceptos, aut
fœtus, et fructus ex alienis pægibus, sive pecudibus natos, aut perceptos, quorum per separa-
tionem, aut fœtuum irrevocabile dominij acquirunt, potest, imò et debet Vucapere, ut irre-
vocabile dominij acquirat, ut dicitur cap. 3. num. 26. quamvis contractus teneant Benedictus
Pinell. lib. 2. select. cap. 1. ex num. 11. et eum secutus Amaya lib. 3. observat. cap. 1. n. 4. cum se-
quent. quos ex dictis impugnare facile quilibet poterit. Nec ei favet tñi. in d. l. 4. S. Lana. 19.
de Vucap. ubi quod Paulus respondit, lanam ovium futurarum apud bona fidei possessores
detoniam Vucapi non debere, seu circa eam necessariam n. esse Vucapionem, n. est intelli-
gendum de ipso bona fidei possessore, qui lanam perceperat, que Vucapione indigeret ad
irrevocabili dominij acquisitionem certum est, sed de aliquo, qui ab eo lanam emerat, quem
recte asserit Paulus Vucapione non indigere, quia irrevocabile dominij fuit natus
per traditionem ex causa emptionis factam a bona fidei possessore, qui lanam alienam,
sicuti et ceteros fructus alienos restituere n. tenetur, cum de fructibus consumptis non
teneatur. l. 4. S. Post litem. 2. finium Regundor. d. 535. Instit. de Reum divi. cum Vulgatis,
et fructus semel alienari pro consumptis habentur, ut indicat Ulpianus Veric. d. 5. 19.
Quam intelligentiam, n. in hiis, que recte jam sunt dicta, immoremur, tradit etiam ex
tñi. littera, quam ex validissimi Iuris rationibus docet, et subtiliter fundat Galbanus
de Vusu. num. 10. 13. et 2. qui et advertit etiam olim bonitarius dominij revocabile
per prescriptionem reddi potuisse irrevocabile, ut constat ex d. l. 3. C. de hiis, que n. metus vi
ca. gesta n.; ex pleno autem dominio, quod omni Jure parit Vucapio, plures effectus ex
ipso dominij qualitate dimanant, etenim si dominij per Vucapionem acquirunt
sit irrevocabile, qui Vucapit, omnibus dominij effectibus fruatur, rem Vucapitam potest per ex-
ceptionem retinere. l. 4. in prin. de alienat. judic. mut. ca. facta. l. 3. C. de Rei Vindic. l. 2. C.
de Reb. alienis n. alienand. eamque a quocunque possessore, quamvis vetus sit dominus, vindicare.
l. 1. S. 1. de Publiciana. Ex regula tñi. in l. In rem actio. 23. de Rei Vindic. Adin ad Rubricam
n. tituli num. 292. cum seqq. fructus, et partem rei Vucapæ ex omnibus causis acquirunt.
l. Acquirunt. 10. S. Vlt. eod. tit. 5. De hiis autem. 4. Veric. Sed bona fidei possessores. Instit. Per
quas person. nob. acquir. eumque potest manumittere, ut ab argum. probat tñi. in l. Qui pro
donato. 5. pro cuius explanatione Videnda, que dicitur cap. 1. num. 7. Nec tantum circa dominij,
sed et circa eum, a quo ipse Vucapiendi causam habuit, effectum operatur Vucapio; Etenim cum
is, qui Vucapit, non a veteri domino, sed ab eo, qui Vucapionis causam præstitit, capere videatur,
ut asserit Paulus in celebri textu in d. l. 33. de Mortu. ca. donat. ut supra cap. 3. n. 8. animad-
verti, inde provenit, quod qui a veteri domino in solutum dedit, quamvis tunc liberari non
possent

17.

potuerit, cum dominus n̄ transulerit, Vucapto tamen homine liberatur. Singulari t̄p̄i. in l. qui alienum. 60. de solutio. quod non alia ratione nititur, quam quæ redditur in d. l. 33. q. scilicet qui Vucapit ab eo, qui dedit in solutum dominus capisse intelligitur. Cujus doctrina veritas ex eo etiam dignoscitur, quod utraque t̄p̄i. nempe in d. l. 33. et in d. l. 60. eundem habet auctorem, et sub eadem inscriptione Paulum scilicet lib. 4. ad Plaurium, ut fatere cogamur, Paulum ejus decisionis, quæ legitur in l. 60. rationes præstitisse in d. l. 33. Hinc etiam, ni fallor, fluit, quod qui rem alienam vendidit, postquam emptor eum Vucapit, deinde ei tenere de evictione. d. l. 52. de evictio. quia quod rei jam amitti non potest, facit Vucapio, quæ à Venditore causam habuit; et in hac etiam sententia ait Paulus in l. Si dictum. 56. §. Si cum pover. 3. eod. tit. ubi cum pover emptor Vucapere, culpa sua non Vucapit, et ob id evictio contingeret, Venditor de evictione non tenetur, cum expeditum sit, quoties emptoris culpa rei evincitur, de evictione actiones cenare. l. Si cum Venditor. 66. cum similibus de evictio. Sin autem resolutibile duntaxat dominium per Vucapiones fuerit acquisitum, circa cujus effectu idem statuendum est, quod dicitur de dominio resolutibili, seu revocabili per alium quemcumque modum acquisito, quod quia non est nostre tractationis, peculiare, et longum foret percurrere. Videndum apud nostrum Valentiam lib. 3. Illust. tract. 6. cap. 2. num. 10. cum seqq. et Gabrian. de Usufruct. cap. 32. num. 4. et 5. et pro expositione difficultatis t̄p̄i. in l. 18. de Rei Vindict. conu. lenti Cussac. lib. 20. quar. Papin. in l. 3. de Pignori. Petrus Faber lib. 2. semet. cap. 1. et Bachor. de Pignori. lib. 2. cap. 3. num. 4.

Num. 10.

Verum licet Vucapio hæc afferat emolumenta, et dominus à Veteri Dño auferat, tamen nec omnia præstat Vucapiens, nec cetera Iura præter dominus in re Vucapta, vel ad rem Vucaptam perimunt, de quibus ut separatim agamus, sciendum est, quod qui fundus Vucapit, quamvis in consequentia servitutei fundo, inhaerenti, utpotè inveniuntur ejus qualitates acquirat. l. Si aliena. 10. §. de Vucapion. thesaurum tamen in Vucapio fundo existeret (thesaurum in presenti dicimus n̄ pecuniam, quæ olim condita, nunc Vucapio sit, ignoratur, prout sumitur in l. Nunquam. 34. §. de acquir. Rei domin. et in §. Thesauri. 39. Inst. de Verum divi. sed ex contrario pecuniam n̄. per depositum, cujus dominus n̄. ignoratur, prout accipitur in l. Thesauri. 15. ad exhibendum, et alij in locis, quos Vulgo observant Interpretes in d. §. 39.) n̄. acquirat, quia aut thesaurus in fundo depositum sciebat, et propter malam fidem ipsum Vucapere n̄. potuit, aut ignorabat, et ex defectu possessionis eam similiter non potuit per Vucapionem acquirere, ut contra aliquos contraxerunt Paulus disputat in l. 3. §. Neratius. 3. de acquir. pover. ubi Cussac. et Duaren. = Vterius adhuc implera Vucapio Iura in re ipsa Vucapta alij ante Vucapionem à Domino constituta n̄. perimunt, ut pone Vucapto fundo servitutei tam personales, quam prædiales fundo imponitur, n̄. extinguuntur, sed adhuc durant. dicitur t̄p̄i. in l. Locum. 17. §. Proprietarius. 2. de Usufr. l. Nec Usufructus. 19. Quib. modi Usufr. amitt. l. Iusto. 44. §. Non mutat. 5. de Vucapion. quippe cum rebus ipsi inhaerent, sicuti per aliam quamlibet dominij mutationem, seu alienationem, quæ semper fit cum sua causa. l. Alienatio. 67. de Contrah. empt. non extinguuntur. l. Via. 23. §. Si fundus. 2. de Servitutib. Rur. vicor. l. Traditio. 20. §. de acquir. Verum domin. Si nec per Vucapionem, quæ species quædam est alienationis. l. 28. de Verb. Signif. debent extinguuntur. Similiter et Ius pignoris semel utiliter constitutum, quod per supervenientem alienationem n̄. extinguuntur, sed rem ipsam afficit, et eam committitur ad quemcumque transeat possessio. l. Si convenit. 18. §. Si fundus. 2. de pignori. act. l. Vt. §. de Donation. cum Vulgari, per subiectam Vucapionem n̄. extinguuntur. l. 5. Cum prædium. 2. de Pignori. l. Cum postularent. 44. §. de Damno infecto. d. l. 44. §. de Vucap. l. Mens. 12. Pro emptore. l. 2. in prio. Pro emptore, inquam Pro hærede. l. Vucapione. 7. C. de Pignori. quia Vucapio tota fertur ad dominum, et quoad pignoris semel utiliter constituti causam ab intertione dominij separatur, et nulla societate dominum conjungitur, ut eleganter ait Papin. in d. l. 52. et in d. l. 44. §. 5.

Num. 11.

Sed illud obstat, quod per longi temporis præscriptionem tollitur pignoris persecutio, ut probant t̄p̄i. in l. An vitium. 5. §. de Creditor. 12. de diveris, et tempor. præscription. l. Si à creditore. 7. l. Vt. C. de Oblig. et action. l. 1. et 2. C. si advenit creditor. præscriptio oppon.

l. Si obligata. 19. C. de Eviction: ergo et per Vucapionem similiter pignus extinguitur. Omnia
 tamen communis solutione, quam tradunt plures, quos referunt, et sequuntur Arias de Mesa lib. 4.
 Variar. cap. 1. per totum, et praecipue n. 11. et 16. et D. Olea de Cessione Iur. tit. 5. quest. n. 12. tenendum
 est cum Donello lib. 5. Comment. cap. 29. et in d. l. 7. C. de Pignori. b. per longi temporis praescriptionem
 ortam ex diuturno silentio Vendorum pignoris persecutione extingui, n. per Vucapionem.
 Nec id supra expensis repere negare, qui solum aiunt, per longi temporis praescriptionem ex
 diuturno silentio creditorum productam ita pignoris persecutione extingui, ut si creditor
 pignus persequatur, ponit per exceptionem submoveri, ut prosequatur Donell. ubi supra. Aliam eti-
 am difficultatem excitas, diluitque Papin. in d. l. 52. de Pignori. ubi cum praedium pignori datum
 fuerit, nominatimque conveniatur, ut fructus etiam pignori essent, quaerebatur, an bona fidei
 possessor (de quo necessario est sic accipiendus, non de novo dominio, ut cum iudicio docet
 Anton. Faber in ejus posthumo Rationali) fructus utili Serviana (id est directa actione hypothe-
 caria, qua ideo utili Serviana appellatur, quia ad exemplum Serviana fuit inducitur. S. Item Ser-
 viana. 7. Instit. de action.) Restituere cogendus esset? Et respondet Papin. bona fidei possessoris
 fructus consumptos restituere n. cogendum, n. obicere indicari, stante fructus constituere tenet,
 ut ex l. Si fundus. 16. S. Interdum. 1. de Pignori. probat, et contra Anton. Fabr. de error. b. Pragm.
 decad. 93. error. 2. fundat Bachov. de Pignori. lib. 2. cap. 11. num. 5. Difficultas in eo est, quod Ius pig-
 norii ab initio utiliter fuit in fructibus radicum, ut pote qui dum praedio cohaerebant tanq-
 ejus pars. l. fructus. 44. de Rei Vindic. fuerunt in bonis debitorum: q. quamvis postea per separati-
 onem factam a bona fidei possessore, et per subiectionem consumptione dominij mutatio inter-
 cederet, non ideo pignus debuit extingui, aut n. extinguitur, utique et per Vucapionem. Hanc
 objectionem praevident Papin. faceret, superiorum rationum efficere, ut pignus semel utiliter in fru-
 ctibus constitutum non extinguitur per supervenientem separationem, aut Vucapionem ex parte
 bona fidei possessoris, et tamen extinguitur per subsequentem consumptionem, qua licet quoad
 irrevocabilem fructuum acquisitionem pari passu ambulet cum Vucapione, ut supra diximus; in
 proportio tamen multum ab Vucapione distat; Vucapio irrevocabile dominium fructuum praes-
 tat bona fidei possessori; pignus autem ab initio in fructibus radicum, quod jam in esse pro-
 ductum nihil habeat commune cum dominio, n. extinguitur; consumptione ex contrario pen-
 dit omnes fructus pignori obligati, ac per consequens et pignus ipsum, quod commisit, qua-
 litas sine subjecto nequit existere, et extincta re pignori obligata, pignus, vel hypotheca etiam
 extinguitur. l. Sicut. 8. Quib. mod. pign. vel hypot. solvitur. l. Servo. 25. C. de Pignori. Sic differen-
 tia ratione, quam inter Vucapionem, et consumptionem tradit Papin., explicat Cusac. lib. 11.
 Respons. ejusdem in d. l. 52. de Pignori.

Num. 12.

Nec etiam Iura ad rem ipsam Vucapiam perimunt
 Vucapio, adeo ut nonnunquam rei Vindicatione adversarius agere nequeat, nihilomi-
 nus ponit personali actione adversus eum, qui Vucapit, exempli gratia, qui
 per errorem alienam rem dedit in solutum, adhuc post perfectam Vucapionem poterit per
 indebiti conditionem rem Vucapiam indebitum solutum repetere. l. Indebiti. 15. S. 4. de Condit.
 indebiti. quia cum i, qui per errorem solvit, quamvis etiam dominium transibit, ponit
 condicere etiam rem alienam solutam, et ea causa vucapiam poterit repetere, ut docet Dua-
 xenus in paraphrasi ad titulum de Condit. indebiti cap. 2. Anton. Fabr. in Rationali d. l. 15.
 S. 4. Benedic. Pinell. lib. 2. select. cap. 15. num. 4. Accedit, quod indebiti conditio actio perso-
 nalis est; personales autem actiones praescribi n. poterant olim. l. Qua fideicommissa. 69.
 de leg. 2. l. 3. C. de hi qui vi, donec Theodorus eorum praescriptionem induxit in l. 3. C. de
 Praescrip. 30. vel 40. annor. ut ex Pazladorio ad rem adversus Perez in Manucript. de Vuc-
 capion. parte. 1. num. 31. Ex eadem ratione licet qui justam causam habet existimandi se ha-
 redem esse, rem defuncti pro suo ponit Vucapere, ut dixi cap. 3. num. 39. cum seq. tamen etiam
 post impletam Vucapionem poterit a vero haerede petitione haereditaria conveniri, qua cum
 manna sit actio tam in rem, quam in personam, ut fundat Amaya lib. 3. obier. cap. 2. n. 8.
 cum sequenti, nec ante Theodorum potuit per praescriptionem extingui. l. Sicut. 8. C. de Iur.
 delib. etandi, nec post Theodorum nisi per 30. annorum spatium, et hanc sententiam con-
 tinent

tinent tōi. in l. 7. C. de Petitione heredit. l. 4. C. In quib. caus. cenae long. tempoz. praescript. in quibus quod dicitur, hereditarij petitioni longi temporis praescriptiones n̄ nocere, seu hereditarij petentibus longi temporis praescriptiones n̄ nocere, n̄ eum senum habet, quod petitiō hereditarij vero heredi competens Vucapionez, aut praescriptionez impedit, ut aliqua cennuerunt, sed imō sic debet exaudiri, ut hereditarij petitiō n̄ quidem Vucapionez, seu praescriptionez prohibeat, sed tamen adhuc post Vucapionez, aut praescriptionez vero heredi competat aduersus eum, qui rem hereditarij, quam Vucapit possidens facit retentionez hereditarij, cum nec per Vucapionez, nec per praescriptionez extingui potuerit. tradunt Cusac. ad titul. C. in quibus caus. cenae long. tempoz. praescript. et Amaya nuper laudatus. Intendunt etiam veteri domino n̄ quidem aduersus eum, qui Vucapit, sed contra eum, qui Vucapiendi causam praescribit, actio superest, ut ecce quamvis socij, vel coheredi rem communem pro socij, aut heredi parte ex defectu tituli Vucapere n̄ possit. l. 2. de iur. 22. C. famil. 22. l. 3. C. In quib. caus. cenae longi tempoz. praescript. Si tamen alius, qui ab uno ex socij, aut cohereditis rem ex iure titulo acceperit, eam Vucaperit, et in terminis tōi. in l. 11. Pro dote, socio, aut coheredi aduersus eum, qui Vucapiendi causam praescribit, ex cuius facto praescriptio eum pari iniquum enet, communi dividundo, vel familiae 22. cunctis actio competat. l. 4. C. de Communium reruz alienat. nisi abique socij, vel coheredi facto rei ab extraneis sit Vucapta, quo casu rei ipsa omnino iudicio subducitur. l. Sed et si. 11. sic intelligend. famil. 22. l. Veniunt. 2. C. eod. tit. de cuius conciliat. cum l. Et non tantum. 11. St. de Pet. heredit. aduendi Cusac. lib. 20. et 23. Pauli ad Edict. in dictis iuris et Anton. Faber in Rational. Similiter aliter casu, quo verus Dominus contra eum, qui praescribit Vucapiendi conditionem, potest experiri, stat in l. Item. 20. S. Vlt. cum l. sequenti. de Petitione heredit. ubi vidend. Faber in Rationalibus.

Vltimus nec perfecta Vucapio libertatis spem statui libero potest adimere. Quod ut clarius intelligatur, sciendum breviter est, statum liberum cum dici, qui in diem, vel sub conditione liber esse iuris est. l. 1. de statu liber. non enim statim statutoberi causam apprehendere, sed ab adita hereditate. l. 2. eod. tit. eo videlicet tempore, quo libertas prae relicta est, competet. l. 23. de manum. terram. l. Vnica. 5. Libertatibus. 6. C. de Caducis, et statu liberis Iura per heredem non posse fieri detentoria. l. Statu liberorum. 33. de Statutib. ita ut statu liber quamvis tanquam iterum heredi serui. l. Non ideo minus. 66. de Rei Vendicat. possit ab alio pignori dari, et alienari. l. Grege. 13. St. de Pignori. l. Si debitor. 45. S. Vlt. de fideicommissar. libert. l. Statu liberorum. 25. de Statu lib. non tamen ex eo spem libertatis amittat, imō die veniente, aut existente, seu impleta quacumque conditione libertatem consequatur, ut constat ex dictis Iuris, et docet Cusac. lib. 2. quae re. Papinian. in d. l. 33. de Statu liber. Unde provenit, quod cum suoperueniens statu liberis alienatio spem statuti libertatis non auferat, nec etiam Vucapio eam spem potest fraudare. dicitur tōi. in l. Generaliter. 24. S. Vlt. l. Sed si. 55. S. 4. Venit. Denique de fideicommissar. libertatib. d. l. 2. de Statu liber. l. Statu liber. 13. Cod. de testament. manumit. Ex quibus leviter praeter morem Subditorum cuncta emmendare audeo Vlpianum in fragment. titul. de Statu liberis. 5. Statu liber. 2. Eius Verba haec sunt: Statu liberis seu alienatus ab herede, sive Vucapiatus, quod nullum commodum senum reddit, legendum existimo Vucapit, ut sensui sit, quod statu liber, seu alienatus, seu Vucapit sit, n̄ perdit spem libertatis, sed ejus conditionez secum trahit, et cum sua causa alienatus, seu Vucapit intelligitur, ut dixerat idem Vlpianus in d. l. 2. de Statu lib. ubi adducit, hanc doctrinam procedere, si statu liber post aditam hereditatem, et sic postquam statu liberis causam apprehendit, fuerit Vucapit, si vero ante aditam hereditatem Vucapit sit, spem statuti libertatis intercedere docet, utpote cum n̄ possit dici cum sua causa Vucapit, qui impleta Vucapionis tempore nondum statu liberis causam apprehenderat, quod stricta Iuris ratio exposcit, libertatis autem favor extorret, ut

N. 13.

Statuta libertatis Ius per Vucapionem ante aditam hereditatem perfecte extinc-
tum sit, adita postea hereditate redintegretur, ita ut servus ante diei adventum,
et conditioni existentiam libertatem possit sperare, ut idem Ulpianus affirmat in l.
Statu liberum. §. S. Vlt. de Statu liber. Ex quo textu intelligendus est alter ejusdem Conu-
in l. 2. eodem titulo =

N. 14.

Ex quibus omnibus summe difficile redditur, quod aserit Pa-
pinianus in l. 2. in fine de Vusu. leg. Vucapto seruo extingui legatum operarum qui-
dem, cum Vusu fructu servi in operi conu- et ratio opera servi in fructu sint. l. 3.
et l. de operis seruorum. et serui Vucapio Vusu fructum non extinguat, ut dixi nu-
mero. II. Vtique nec opera legatum extingueri posse videtur Rursum, siue is, cui opera
serui legata sunt, in rem habeat actionem, siue in personam operarum legatum Vu-
capionem non perimere videtur, cum praeter dominium nulla alia Iura in re
Vucapta, siue ad eam Vucapiendam adimere diximus numero. II. Ex quibus insuper
habitus recte inter Vusu fructum, et operas eam in alia differentiam habet
Papinianus in l. 2. quod Vusu fructus tanquam in ipso seruo radicatus per Vu-
capionem eius non extinguitur; legatum autem operarum serui ideo per eius
Vucapionem perimitur; quia is, cui opera legata sunt, non acquirit Ius in re,
sed ad rem, et actionem solum in personam aduersus heredem, quae solum
dumtaxat obligatio afficit non seruum contentum obligatione, ut ab argu-
mento probat textus in l. 3. §. Seruum. 8. de Statu liberis. Et similiter suaderet
ex eo, quod qui fructus aliquos promittit, aut legat cum designatione fundi,
non constituit Ius aliquod in fundo, sed ipse tantum, vel eius haeres remanet
personaliter obligatus l. Vltim. §. de Contrahend. Emption. l. §. Gajus. 12. de An-
nui legat. Cuiacius lib. 24. obseruat. cap. 22. Donell. lib. 9. Comment. cap. 25. ubi
Omnaldus littera F. Sic ergo pariter operi serui promitti, aut legati nullum
Ius in seruo constituitur, sed solum ex ea causa competit actio personalis,
nec operas debet ipse seruus, qui eas praestaturus est, sed Dominus, qui eas pro-
mittit, aut haeres, a quo ipse legata sunt; quapropter opera serui inter ser-
uitutes non recensentur, ut docet Cuiacius lib. 11. quaestio. Papinian. in d. l. 2.
de Vusu fruct. legato, et Omnald. ad Donell. lib. 20. Commentar. cap. 22. littera B.
In personam autem actio, cum non rem, sed obligatam personam eius, qui suc-
cessorei subsequatur. l. Actionem. 15. in principio. Veric. In personam. de Obligat.
et Actionib. competere non potest aduersus eum, qui seruum Vucapit, et sic
Vucapto seruo extinguitur legatum operarum, ut docet Cuiacius in dict. li-
bro. 7. quaestio. Papinian. in d. l. 2. de Vusu fruct. legato, et lib. 19. Obseruat. cap. 23.
cui subicit alio referens Arias de Mena dict. lib. 1. Variar. cap. 4.
numero. 14. =

N. 15.

Occurrit tamen adhuc, quod quamvis in personam actio, quae
nascitur ex legato operarum non possit competere aduersus eum, qui seruum
Vucapit, competere tamen debet aduersus ipsum heredem, a quo opera legata
sunt, qui non solum dumtaxat, sed et culpam in rebus legatis praestet. l. Cum
res. 4. §. Culpam. de legatis 1. non debuit per Vucapionem liberari, cum culpam com-
miserit hoc ipso, quod seruum, cuius opera legata fuerunt, non vindicavit, et Vu-
capi parum est, ut probat ab argumento textus in d. l. 55. §. 4. in fine. ff. de fidei-
Commissis

18. communiar. libertatib. et elegantius ostendit exemplo mariti, qui quia in rebus
 dotalibus dolum, et culpam praestat. l. In rebus. l. de Iure dorum. cum similibus.
 Si fundum dotalem, quem bona fidei possessor priusquam daret in dotem, caperet
 Vucapere, Vindicare neglexerit, et Vucapere passus sit, Tem sui periculi fecisse di-
 citur, ideo eo nomine soluto matrimonio doris iudicio conveniri debere. l. Si
 fundum. l. de fundo. dotali. Ergo nec haeres, a quo opera legata sunt, propter
 servi Vucapionem debet ab operarum legato liberari. Huius difficultati, quam
 omnes, quos viderim, dirimularunt, Respondes, Papinianus sententiam in d. l. 2.
 Iure procedere sive vivo testatore, sive post mortem eius ante aditionem hae-
 ditatis servus Vucaptus sit; Et quidem si servi Vucapio vivo testatore
 contigerit, nullo scientia, vel ignorantia dicitur habito operarum legatum
 Extinguitur. argumento text. in l. 44. §. Si pars. 2. de Conditionib. et Demou-
 strationib. junctis, qua pro eius explicacione Noviter dicitur capit. l. num. 6.
 Nec haeredi potest imputari, cui servum ante Vucapionem non Vindicave-
 rit, quem non nisi frustra vivo testatore Vindicaret; at si post mortem tes-
 tatoris, et aditionem hereditatis servus Vucaptus sit, multum interest
 Exirimo, an sine culpa, vel facto haereditis Vucapio fuerit perfecta, an eius
 facto, vel culpa? Si abique facto, et culpa operarum legatum Extinguitur,
 ut putant text. in l. Mulier. 22. §. 3. Versic. Quod si. leg. deducta. 58. §. Cum
 autem. 6. in fine, juncto ibi Cusacio lib. 19. Responsor. Papinian. ad Tre-
 bellian. et propter Iuris Rationem, qua docet, haeredem per interitum rei
 legata abique ejus facto, vel facto, vel culpa contingentem liberari. §. Si
 res legata. l. 6. Institut. de Legatis, efficit, ut etiam haeres per Vucapionem
 rei legata sine ejus facto, vel culpa contingentem liberetur, cum Vucapio
 sic contingens fortuito casu equiparatur a Papiniano in dict. l. 58. §. 6.
 in fine. ad Trebellian. Suadet hoc ipsum text. in d. l. 16. Versic. Plane de
 fundo dotali, in cuius nupta Expensa specie maritus cum nihil potest im-
 putari, cui fundum dotalem, antequam Vucaperetur, non Vindicaverit,
 Veluti cum paucissimi dies ad perficiendam Vucapionem superfuissent, eo
 nomine doris iudicio non teneretur; si autem ex haereditis facto, vel culpa servi
 Vucapio processerit, operarum legatum non perit, sed eo nomine ex testamento
 actio competit legatario adversus haeredem, qui non potuit per Vucapio-
 nem sic contingentem liberari ex his, qua in argumento diximus, quibus
 et jungendus est textus, idem animum a contrario sensu evincens in d.
 l. 22. §. 3. Versic. Quod si. ad Trebell. Quod ergo generaliter in d. l. 2. de Vu-
 catione leg. Papinianus scripsit Vucapio servo Extingui legatum operarum
 de Vucapione vivo testatore, vel post ejus mortem ante aditionem heredita-
 ti sine haereditis culpa, vel facto contingentem necessario intelligendum est.
 Quibus nostrum tractatum de Vucapionibus absolvimus, in quo pluri-
 ma praeter opem sane quam diffusa Interpretum Commentaria mag-
 na ex parte minuerant, ex propria observatione sine cura forsitan

dicta, Ornatissimi Auditores, comperietis. Utinam in Dei laudem, et in Ves-
tiam utilitatem

Finis.

28
The
... ..
... ..

Ad titulum. C. de Collationibus.

et ad integros titulos Dig. et Cod. de Collatione bonorum, et de dotis collat.^e

Methodicus Commentarius

Proœmium

Celebrem titulum de Collationibus ex Academico præcepto illustrandum suscipio; in cuius explicatione primores Iurisperiti Interpretes defecerunt; nec Mirum; Nam subtilitate, et difficultate nulli est secundum, ut arguunt obicula, ex quibus constat, bonorum possessionum principia, Verum etiam dicendarum copia longe, lateque diffunditur, cum præter Imperiales, quas continet, sanctiones, integros claudat Pandectarum titulos, de Collatione bonorum, et de dotis collatione, quorum quilibet sicut prolixorum expectat commentarium, sic acutissimum exposcebat Interpretem. Rem ergo æquior Inæquaque difficilem, integram tamen, et meo iudicio absolutam Collationum materiam (quam pauci ex nostris Antecessoribus tentarunt, nullus cense fuit assecutus) exhibere aliquo dispendio magnitudinis, nullo detrimento Veritatis, et ejus arcana ex propria sæpe genui reerare spero, Deo auspice, quem enixe precor, ut Vobis (nobilissimi Sectarores) dicendi cupiditatem, mihi in docendo subtilitatem Vna cum perspicuitate conjunctam elargiatur, ut in obsequio hujus labyrinthi calles feliciter pede percurramus: Sed ad rem.

Caput. I.^{um}

In quo ratio inductiva Edicti de Collationibus
disquiritur, et quando, et inter quos ex edicto
Prætoris collationi sit locus, disceptatur.

Omni Varijs significationibus Verbi conferre, de quibus Videndi Semicographi, Omnia eisdem definitione Collationis, in cuius investigatione absque ullo sanè fructu immorantur sanè plexique, cum rei ipsa absque definitione commodè intelligatur, ut statim Ordiamur, Ius collationis à Prætoris primùm introductum Imperialibus constitutionibus mirifice postea extensum est. Ex edicto Prætoris filius emancipatus præteritus, qui agnoscit bonorum possessionem contra tab. fratibus suis hæredibus sua bona conferre, id est, in commune redigere, et communicare jubetur. l. 1. in prin. l. Prætor. 3. §. Emancipati. 3. de Collat. bonor. id exigente man-
festa æquitate ratione, quæ ex sequentibus facile agnoscitur: Iure civili solum liberi, sui hæredes, qui scilicet in morientis patris potestate fuerunt, et primùm in familia gradum occupant tempore delata hæreditatis, ad parentum successionem Vocantur; Emancipati autem liberi, utpotè qui sui et agnationis Iura amiserunt, et penitus extranei fuerint constituti. l. 1. de Capit. manut. l. Quin etiam. 55. §. 1. de Viru Nupt. non admittuntur ad paternam successionem. §. Emancipati. 4. Inst. de Exhered. liberor. §. Emancipati. 9. Inst. de hæred. que ab intest. defertur. Prætor tamen æquitate naturali motus, et strictissimum sanguinis Vinculum inveniens, in modo suo, sed una cum eis emancipati liberi Vocat ad parentum successionem, vel contra testamentum per bonorum possessionem contra tab. d. §. 4. de Exheredat. liberor. l. 1. et per tot. de Bonor. possen. contra tab. vel ab intestato per bonorum possessionem. Unde liberi. d. §. 9. de hæred. que ab intest. defertur. l. 1. §. 1. de Si tabul. testam. null. extab. in quo duplicem inrogat injuriam liberi sui hæredibus. l. 1. §. cum ex Roma-
na Iuris disciplina soli sui hæredes paternam hæreditatem ex alicui vindicarent, adeo ut magis cœpti dominij continuationem accipere, quam denuo hæreditatem acquirere crederent. l. In sui. 11.

Num. 1.

de Libera. et Posthum. Emancipati dum cum eis concurrunt, partem hereditarii auferunt, et sic ad bona Patris, quae suorum hereditas sunt propria ex d. l. g. W. admittuntur. ^{2. q. cum liberi sui heredes omnia fecerunt Parentibus acquirunt. l. Placet. D. de acquir. hered. Emancipati autem sibi. l. t. in p. Si q. a parent. fuer. manum. hoc ipso q. una cum fratribus integri Iuri ad successionem admittantur, bona a se quae praecepta retinebant, et ad bona a fratribus acquirita inventa in paterna hereditate vocabantur.}

Num. 2.

Difficilioris nexu habere videtur tōi. in d. l. Vlt. in fin. de Coniung. in cuius perplexa sane hyporheis, quam solita perpicuitate ponit, et à calumnijs Antonij Pabii lib. 10. Conject. cap. 11. liberat D. Reri omnino Vidend. in aduvar. de Seq. prae. cap. 13. n. 2. cum 3. seq. dicitur, q. portio, quae conservatur ex re scripto Divi Pij nepoti ex filio emancipato suo cepto post emancipationem ab avo suo haeredi instituto, n. solum aufertur à patre suo emancipato, ac proinde ab alio nepote in avi potestate retento, scilicet fratri suo, qui patri emancipato jungitur, sed etiam avocatur à patre, qui manet in potestate, et haeri scriptus fuit: q. nepos emancipatus n. solum fratri suo in potestate retento, sed et patrio, qui manet in potestate, partem aufert, et injuriam inrogat: q. in necessariam consequentiam Venique confere tenetur. Contra tōm in d. l. 1. 5. 2. et in d. l. 1. 5. Vlt. Sed omnino, quae fructu comminuta D. La mora de Collat. 4. p. num. 10. cum 3. seq. qui ingenue fatetur, maluisse dicere, quam docere in hoc salebroso articulo. Mihi (ut quod sentio dicam) haec difficultas n. videtur adeo magni momenti; fateor portionem, quae conservatur nepoti post emancipationem patrii suscepto, ab avo haeredi instituto, aufertur n. modo patri, sed patrio, quia cum nepos iste non potuisset petere bonorum possessionem, omnes, qui eam accipiunt, portionem, quae ei ex re scripto conservatur, praeterea tenentur iuxta tōm sic intellig. in d. l. 14. 5. 1. de Seq. prae. ex eleganti ratione, quam tradit Cusac. d. tract. 4. ad African. in d. l. 18. eod. tit. et in serie tōi. in d. l. 1. 5. 2. et d. l. 1. 5. Vlt. portio competens nepoti emancipato, solum aufertur fratri suo, scilicet alteri nepoti in potestate retento, n. patrio, ut nuper dicebam, et ea ratione soli fratri, n. patrio, collatio fieri debet. Sin autem quaxat, num in serie tōi. in d. l. Vlt. Collatio n. sit locus? Respondeo, q. nepos post emancipationem patrii susceptus, et n. portionem aufert patrio, patri, et fratri, nulli confert, quia solum retinet portionem, ex qua institutus fuit. iuxta ea, quae dixi num. 10.; filius vero emancipatus praetereus, qui agnovit bonorum possen. contra tab. n. fratri suo, qui manet in potestate, sed soli nepoti ex se nato in potestate retento, qui ei jungitur, confere tenetur. ex d. l. 1. 5. 3. de Collat. bonor. Sed dicit: Imo etiam alteri nepoti post emancipationem suscepto confere cogendus e. argum. tōi. in d. l. 1. 5. 16. de Coniung. Reiq. quod ideo solum confert nepoti retento, quia hi duo nepotes in vi portione vice non funguntur, cum diverso Iure succedant, ut ex eo constet, quod nepos post emancipationem susceptus partem suam aufert non modo fratri, sed et patri, et patrio, ac per consequens cessat Regula tōi. in d. l. 1. 5. 16. juncti quae circa ejus explicationem dixi num. 10. cum sequenti =

Num. 21.

Sexto infero, nec antiquo, nec novo Iure inter accedentes collationi locum esse, et multo minus inter cognatos lines transire, ut ex defectu rationis inducitur notri edicti probat cum pluribus Viri de Collationi cap. 5. n. 1. cum 2. seq. Unde dicitur

quaestio valde inter Interpretes controversa, qua inquirunt, an filius emancipatus, qui excluditur
 tempore, aut repudiatione ex t. capite Unde liberi admittitur ex regg, nempe Unde legitimi, aut Unde
 cognati. ex regulari in l. 2. Unde legitimi. l. 4. Sed Videndum. ff. de Success. Edict. juncta subtili n.
 minus quam Vera explicat. Cherij d. lib. in excep. cap. 7. n. 11. cum pluribus regg. ad collationem Praecepti.
 In qua breviter sentio cum pluribus, quos sequitur Vinn. ubi nuper cap. 4. n. 10. est. q. tenetur
 conferre, quia injuriam irrogat fratri suo haeredi, qui si solus inveniretur, ex quocumque
 capite integram hereditatem patris acquireret, et ad ejus pecunia in paterna hereditate inve-
 ta emancipatus adiret, et quia Praetor liberis, adhuc ex inferioribus venientes, ut liberis
 in tuetur. l. De boni. 6. 5. huius autem. 2. de Carbon. edict. et de liberis, annum spatium eis
 indulget ad petendam bonorum possessionem. l. 4. 5. t. qui ordo in bona poss. servetur. d. l. 4. 5. ff.
 de Success. Edict. Conducit ab argum. t. sic intelligi aliam difficultatem in l. 4. 5. ff. de Sig. a
 parent. fuer. manum. in illi verbis: Ius antiquum, quae n. sunt accipienda de quaestione, quid
 quid dicant Orwald. et ab eo relati lib. 19. Comment. cap. 4. lit. N. D. Reti in adversar. de
 Inoffic. cap. 18. n. 3. Nec de Iure domini, prout mordicus tenet Oroz. t. de apicib. cap. 5. en. 13.
 sed de annuo spatio, ut ex d. l. 4. 5. penult. de Success. Edict. et d. l. 4. 5. t. qui ordo in bon. poss.
 subtilissime comperit literaria palestra quondam fortissimi apert, cui invidis importuna
 Sors Domini, ac Patris mei, a quo habuit nover. Dr. Ferdinandus de Meneis in expost. ad
 tit. de Reg. Iur. in l. Quor. 9. t. eod. tit. facit etiam t. in d. l. 4. 5. C. hoc est in illi verbis: Quocum-
 que genere interata successioni. Nec huius Resolutioni obicit t. in l. Nonnunquam. 8. de
 Collat. bonor. ubi filius emancipatus, qui petita bonorum poss. contra tab. intra annum per con-
 tumaciam n. confert, post annum n. admittitur ad successionem: q. post elapsum annum fructu
 quaeritur de Collatione. Nam facile respondeo, quod tum demum potest filius ex inferioribus
 Edicti ordinibus admitti, cum n. agnovit bonorum poss. ex primo ordine; ac in d. l. 8. cum semel
 agnovit bonorum poss. contra tab. quae ex testamento e. nec intra annum potuit ex alia
 parte Edicti ab interato admitti, nec post annum sua contumacia summo Iure potuit mu-
 rare consilium, licet aliud obtineat ex equitate, ut infra latius dicemus, et interim docet Cu-
 jac. lib. 3. quaest. Papin. in d. l. 8. Nec magis obicit, quae sine Iuri auctoritate disputat Goffred
 in l. Et ex modica. 6. 5. Si filius. l. de Bon. libert. n. 4. et 5. quibus occurrere quilibet poterit ex
 traditi a Cherio nuper laudati. Reliqui contrariae opinioni fundamenti, quae parum videntur
 satisfaciunt Gomez in l. 29. Tauu. n. 31. et Vinn. d. cap. 4. n. 11.

N. 22.

Septimo ex eadem Edicti nover. Natione
 provenit Resolutio celebri quaestioni, qua inquirunt, Verum inter diversio Iure succeden-
 tes collationi sit locus? In qua, licet vulgo existiment Doctores tam ex Verbi quam ex mente
 Edicti collationem cessare, ducti ex d. l. 20. 5. t. de Bonor. poss. contra tab. d. l. 4. 5. t. de Collat.
 bon. et l. Nec ipsa. 7. juncta l. anteced. de Dot. collat. Veriorem existimo contrariam si. quae
 tuentur praeter Relatos a Pachino lib. 5. Controv. cap. 11. Anton. Contius lib. singul. de heredit.
 et bonor. poss. quae ab inter. def. fol. mihi. 309. D. Amaya d. lib. t. obier. cap. 11. n. 15. cum regg.
 et D. Altamir. ad lib. 5. quaest. Scavola in d. l. 10. de Collat. bonor. Avero q. secundum Verba Edicti
 inter diversio Iure succedentes collationem cessare, quod licet formalia Edicti Verba deni-
 dentur, n. obicere probatur ex d. l. 20. 5. t. de Bonor. poss. contra tab. et ex d. l. 4. 5. t. de Collat. bon.
 Nec tamen Verum est, quod passim dici solet, diversio Iure filios succedere, cum filius fam. Iure
 civili sui haeres existet, emancipatus vero Iure praetorio admittitur ad successionem, imo tunc
 intelliguntur eo Iure succedere quoad noverum Edictum, et ex ejus Verbi collationi locus est,
 uti mihi probat t. in d. l. 20. 5. t. in Veri: Quia et si frater, ubi ut ostendat Consulatu in
 specie, quam num. 14. explicui, ex Verbi Edicti cessare collationem, ea Natione utitur: Quia
et si frater ab interato haeres sit emancipatus, tamen non inde accipit bonorum possessionem:
 q. supponit, q. et si frater Iure civili haeres existet, ut constat ex illo Verbo Haeres, q. n.
 cadit in eum, qui succedit Iure praetorio. S. t. Instit. de Bonor. poss. Si tamen emancipatus ab
 interato bonorum possessionem agnovit, ex Verbi Edicti collationi locus erit; Idem probatur ex
 eo q. cum Praetor Edictum de Collationibus induxerit in suppositione sui tati, cuius si filius
 Iure civili haeres existens, n. potuit tanquam diversio Iure succedentis ab emolumento
 Collationi

Collationi accere cum, qui Iure civili sui heres existit, maxime cum jam pridem ceperit in
nam consonantiam civile Ius, et pratorium fungi. S. Sed cum paulatim. In re. de Testam. Ordini
juncta l. 8. de Iusticia, et Ius. et lata Iuri civili significat. Ius etiam pratorius continetur.
S. Constat. In re. de Iur. nat. gent. et civil. Rursus hoc idem eleganti ex emplo confirmo, quo
ad causam Iuri accerendi, q. locum n. habet inter diversio Iure succedente. l. 6. in pr. de Bonor.
possession. Bellon. de Iure accer. cap. 5. quart. 43. per tot. illi, quorum unus Iure civili, alter prax-
torio Iure succedit, n. diversio, sed eodem Iure succedere intelliguntur, ita ut inter eos Iuri ac-
cerendi loci sit. d. l. 4. §. 2. de Coniung. Bellon. d. quart. 43. num. 4. cum. 1. regg. q. idem dicen-
dum e. quoad causam edicti de Collationibus; diversio itaque Iure filij succedere dicuntur,
cum unus admittitur ab intestato, alter vero ex testam. ut in d. l. 20. §. 1. ubi filius fam. suus
heres existit ab intestato, emancipatus autem succedit per bonorum posses. contra tab. quam
ex testam. esse scripti diximus ex d. §. 1. et ex §. Sed ea. 4. de Bonor. posses. Nec obstat, q. in d. l. 4. §. 1.
de Collat. bon. dicitur inter eos dari collationem, quibus data est bonorum possessio contra tab.
Nam resp. q. ubi tam suus, quam emancipatus preteriti sunt, ut deus collatio ex Verbi edicti, V.
trumque bonorum posses. contra tab. agnoscere opus e, q. alioquin si suus neglecta bonorum posses.
ab intestato heres existat, et emancipatus contra tab. bonorum posses. accipiat, diversio Iure suc-
cedunt = Verum collatio, qua cenat ex Verbi edicti inter diversio Iure succedentes per interpretati-

N. 23.

onem inducitur ex Equitate, ubi militat Ratio inducitur novi edicti, scilicet ubi emancipatus
suo heredi injuriam infert; deficiente autem injuria, tam Verba, quam mens edicti defici-
unt, ut manifeste probatur ex d. l. 20. §. 1. de Bon. posses. contra tab. Ex qua doctrina venit intelligi
obiter sane Scavola loci, qui huius controversia aniam praeiit in l. Si filius. to. de Collat. bonor.
ubi filius in potestate existens fuit heres scriptus, et emancipatus preteritus, et cum posset filius
sui heres commisso edicto per fratrem contra tab. bonorum posses. agnoscere. l. 3. §. Si ex liberis. 11.
de Bonor. posses. contra tab. ex testam. adiret, idem e, se immiscuit; ita enim accipitur improprie
Verbum adire, sicut et Verbum Repudiare pro abstinere in d. l. 2. Unde legitimi, et abstinere pro
Repudiare. in l. Quartum. 40. de acquir. hered. ut observat Chenus. l. Interpretet. cap. 7. n. 2. cum 2.
regg. Vel etiam adiret, licet hoc necessarium n. esset. l. In sui. 14. de Sui, et legitim. jam bonorum
posse. petere n. potest, quia iudicium patri approbavit. l. Si duobus. 14. in pr. Veri. quod n. is.
de Bonor. posses. contra tab. potuit autem ex testam. se immiscere, quia nihil prohibet adiri
hereditatem, et n. innotuit bonorum possessio contra tab. l. Ita tamen. 27. §. Quoties. 6. ad Trebell. d.
l. 20. de Bonor. posses. contra tab. l. Vtilis. 8. §. Si adiret. 2. de leg. prae. Cora in §. Et q. n. tantum. 38.
n. 120. quaeritur, an huius fratris emancipatus conferre cogatur? Et respondeatur, q. licet ex Verbi Edic-
ti cenet collatio, quia diversio Iure fratris ad successiones vocatur, seu ex in re. de emancipatus
contra voluntatem per bonorum posses. ex equitate collationi loci est; Quod difficile est, nam
filius heres scriptus, n. ut filius, sed ut extraneus admittitur ad hereditatem. d. l. 4. §. 8. de Carbon.
Edict. extraneus conferri, nec Verba, nec mens edicti patitur. d. l. 17. C. Communia
Variusq. judic. Sed omnia Amaya ubi supra, et D. Rees in adversax. de Bonor. posses. contra tab.
cap. 2. n. 7. qui n. necesse occurrunt emmendationibus, seu emmendationibus manibus Antonij
Fabri de errorib. decad. 40. ex. to. per tot. dicendum e, ideo in proposito ex mente edicti collationes
admitti, q. filius suus heres tamen ex testam. se immiscuerit, admittitur ut filius, et a Pra-
toris eo Iure tuetur, quo potuit commisso edicto bonorum posses. agnoscere. eleganti ad rem eo
in l. 1. qui in potestate. 15. §. 1. Veri. De scripto. de leg. prae. de cuius conciliat. cum d. l. 14. Veri.
Sed illud de Bonor. posses. contra tab. l. 5. §. 1. l. Si duo. 16. in fine de leg. prae. Vidend. D. Rees
in adversax. de leg. prae. cap. 9. n. 5. quia si cenet extraneus petita bonorum posses. nihil ex
hereditate retinetur d. l. 19. et 20. de Bon. posses. contra tab. et d. l. 4. §. 3. de Collat. bonor. q. cum admi-
tatur ut filius, et injuriam patitur per emancipari concurrunt ex mente, et equitate edic-
ti sentit emolumentum collationis: ita Altamian. in d. l. 10. num. 11. cum 2. regg. =

N. 24.

Sed ratiō se offert subtili difficultati ab omnibus
O.V.A. B.F.H.S.C.

Omnia ex eo, quod Pater filium fam. quem heredes scripserit, ut extraneum ad hereditatem vocavit, et hoc ipso ab emolumento collationis excludit: q. licet petita bonorum poss. contra tab. a fratre emancipato in parte hereditatis a Patre tueretur, ex voluntate Patris non debet collationis emolumentum sentire, sicuti et ex eadem ratione diximus num. 16. q. filius emancipatus heres institutus adhuc petita bonorum poss. contra tab. immunus est ab onere collationis. Verum fortitan n. minus subtiliter respondeo, q. et si Pater filium fam. quem heredem instituit, ab emolumento collationis excludit, æque tamen ex sua voluntate emancipatum, quem praterivit, ab hereditate excludit, quare sicuti emancipatus contra ejus voluntatem succedit, et injuriam irrogat, sic et ad collationem vocetur, dummodò filius fam. ex alio heres institutus sit, prout necessario accipiendus est. tñ. in d. l. 10. Nam si solum ex semine heres scriptus sit, adjecto coherede extraneo, cessat conferendi necessitas. iuxta ea, quæ dixi num. 15; at emancipatus institutus ex paterna voluntate n. confertur = Opponitur etiam difficultas tñ. in d. l. 15. Ibidem Iulian. d. de Collat. bonor. ubi si filius in potestate existens heres institutus praterito fratre emancipato deceverit ante acceptam bonorum poss., heredem ejus Pater tueretur pro ea parte, ex qua filius fuit institutus, ad collationem tantum n. admittit, q. bonorum possessio admittitur n. est. Tum sic, en ubi filius sui institutus potuit commisso edicto bonorum poss. agnoscere, et quia ea non agnita deceverit, licet Iure successu transmittat hereditatem. l. 1. Apud heredes d. de iur. et legit. liber. cum similib. n. transmittit emolumentum collationis: q. pariter in d. l. 10. filius sui heres, quia de facto n. agnovit bonorum poss., n. debet ad beneficium collationis admitti. Sed omnino Goffredo, et Caspario, dicendum est, eum tñ. n. loqui de eo casu, quo filius sui heres deceverit, antequam ipse bonorum poss. peteret, quod pariter referret, cum ponet ejus heres deceverit, ut ab argum. probant tñ. in l. 4. §. 1. de cum l. seq. de Bonor. poss. contra tab. l. 1. Emancipata. l. C. qui admittit. Quidquid dicant Anton. Gomez. l. Variar. cap. 9. n. 4. et Belloni. de Iure accresc. cap. 7. quæst. 46. num. 62. cum seq. quod sufficeret, ut locus esset collationis, cuius Ius transmissibile est. l. Si maritus. l. C. herit. sed potius de eo casu, quo sui heres deceverit, antequam frater emancipatus bonorum poss. agnovisset, tunc enim licet hereditatem transmittat, commodum collationis non transeat, q. cum emancipatus n. ante conferre cogatur, quam bonorum poss. accepisset. l. 3. in prin. de Collat. bonor. non ante habet sui heres committit, quod nec transmittere potest. ex Regula tñ. in l. Nemo plus. §. 1. de Reg. Iur. docet Altamira. ubi supra n. 15.

N. 25. Denique obicitur tñ. in d. l. 7. juncta l. anteced. de Doti collat. ubi Pater filium emancipatum heredem instituit, et filium in potestate existentem exheredavit, quæ inofficiosa lre perlatæ pro parte testamentum everit, et ait Papin. fratrem n. esse cogendum bona conferre, subjicit Paulus, nec filio dorem conferre cogetur, et rationem adjicit, q. diverso Iure fratres sunt heredes: q. inter diverso Iure succedentes tam ex mente, quam ex Verbi edicti cessat collatio. Quoad primam partem facilis est solutio, in qua nec ex Verbi edicti collationis locus est, q. diverso Iure fratres sunt heredes, et q. Emancipatus succedit ex testam., quod solum pro parte relictum fuit per quærelam, et ex quo adhuc competunt libertates. l. Cum filius. §. 16. de leg. 2. l. 29. de except. Veri judic. docent Gil Kenius in l. 9. C. hoc tit. num. 26. cum aliq. seqq. Amaya d. cap. 11. n. 29. Quoad 2am partem non ita expedita res est. Altamira. d. num. 15. pluribus solutionibus omnia respondet, quod licet Regulariter filia dorem profectivam fratribus emancipatis conferre teneatur. l. 1. C. hoc tit. in presenti tamen idem n. confert, q. diverso Iure fratres sunt heredes, id est, quia ipsa succedit ut filia ab intestato relictio testam. pro parte per quærelam; fratres autem succedunt ex testam. tanquam extraneis, cui conferri n. potest. ex Reg. tñ. in d. l. 6. C. Commun. Verum judic. Sed tunc sic replicabit. In d. l. 6. Emancipatus heres institutus licet adierit hereditatem ex testam., tamen postquam soror vicit in quærela, partem hereditatis retinet tanq. filius; nam et si totus exiri quærela fecerit ex arbitrio judicantis penderet, Verisimile est. ideo pro parte solum relictum fuisse testamentum, quia filius erat institutus. Argum. tñ. in l. 19. de Inoffic. q. hoc ipso sentire debet emolumentum collationis dori profectivæ. Argum. tñ. in d. l. 10. de Collat. bonor. junctis, quæ circa ejus applicationem dixi num. 23. Verum huic

in Veris. Collationibus quaeritur, an sic emancipatus ad collationem compellendus sit, si talis casus Emeruerit, nempe si cum fratribus in potestate retentis parentis successerit? Ratio dubitandi in eo stat, quod cum Iura iurati, et agnationis retineat respectu patris, et Iure civili ad ejus hereditatem Vocetur, nullam fratribus injuriam irrogare, ac per consequens a collatione immuni esse videtur. Sed tamen respondetur, quod compellitur ad collationem, quia licet ex vi specialis Rescripti Iure civili admittatur ad hereditatem, tamen non eo minus injuriam fratribus inferat, quorum pecunia in paterna invenit hereditate, et sic quoad effectum conferenda quasi emancipatus succedere intelligitur, sicuti et beneficio emancipationis bona sibi acquirunt, non patri, nec principale rescriptum, quod Iura iurati emancipato servavit intacta, collationem excludit, imo sic debet interpretari, ut nullum fratribus inferat detrimentum ex generali Regula tot. in l. Ex factis. 43. de Vulgar. l. 2. §. Merito. to. et §. Si quis a Principi. pe. 16. ne quid in loco publico. ne inde oriatur injuria occano, Unde Iura iurati debuerunt, ut elegerent Magistram emancipati iuxta novam Iustinianam sanctionem, quae extat in l. 6. C. de Emancip. liber. et in §. Præterea. 6. Inscr. quib. mod. Iur. patri potest. solv. ubi ad patrem nam successionem admittuntur, fratribus in potestate retentis, quibus injuriam inferunt, bona sua conferre coguntur. De illo tamen in re Inexperto non convenit, an scilicet novissimo Iure sublatum fuerit noverum edictum de Collationibus? Et licet communis opinio sublatum jam esse credat ex eo, quod post Novell. 118. cap. 1. liberi emancipati Iure civili patrum succedunt, ac per consequens eis remitti videatur conferendi necessitas, Verum epistimo cum Accursio in d. l. 18. C. hoc tit. Verbo Venientem, et Philippo Corneo in eadem l. num. 11. quibus subscrivere videtur subtili Corta in §. Et quid si tantum. 3. p. n. 230. adhuc hodie Vigere Edictum de Collationibus; Nam præterquamq. emancipati post eam novellam non succedunt, ut sui heredes, cum indigeant additione hereditatis, ut observant doctissimi Vigliani in §. Sed et hæc quidem. 6. Inscr. de Exhered. liber. et plurihus relati. D. Iosephus de Vela dixerat. 11. ex n. 15. injuriam fratribus sui hereditibus inferunt, cum bona sibi acquirunt beneficio emancipationis, et ad bona, quae fratres parentibus acquirunt, admitti desiderant; Ab auctoritate probo assumptum ex d. l. 11. C. de legit. hered. junctis qua dicitur num. anteced. eum etiam ex Novell. 118. cap. 6. ubi cum contra Iuris præci disciplinam noviter statueret Iustinus. ut tam ex testamento, quam ab intestato decura conferendi necessitas, adjicit, et declarat, Omnia, quae prius de Collationibus induxerat, in sua virtute manere; at ipse nova sua constituit. in l. 6. C. h. tit. quam sequenti cap. exponam, jure, ut emancipati non adventicia, sed profecticia dumtaxat bona fratribus sui hereditibus conferant: hanc q. constitutionem firmam adhuc manere vult, ac per consequens etiam inspecto Iure novissimo Emancipatus, qui suis hereditibus irrogat injuriam, omni collationis subire cogendus erit. Et hæc de hoc Capite =

Caput secundum.

In quo quæ bona, et quam eorum partem
 = Emancipatus ex edicto Prætoris =
 = suis hereditibus conferat, disputatur =

Num. 1.

Macrenius Edicti nostri Variatione duce, quando, et in re quas perimas ex edicto Prætoris collatio locum habeat, ostendimus, sequitur nobilior, et jucundior sanè noveræ exactionis patri, quæ scilicet bona, quamque eorum partem emancipati sui hereditibus, quibus injuriam irrogant, conferre teneantur. Et quidem ex eadem Edicti nostri Variatione sequentem Regulam generalem statuo: Emancipati ea bona, quæ si fuissent in potestate parentibus acquisissent, et eis mortuis cum fratribus communia forent, conferre tenentur. Ea vero, quæ tamet in sacris paternis existissent, sibi post parentum obitum præcipua retinuerunt, non tenentur conferre. Hujus Regula, quæ colligitur ex l. 25. Si duo. 7. de Collat. bonor. Ratio ex eo provenit, quod cum edicti de Collationibus scopus ille sit, ut incommodum sui hereditibus illatum per emancipati concurrem relaxari, non aliter eum Prætor anequi potuit, quam si media Rescriptione emancipationis ad conceptum filiorum fam. emancipato, redigeret, et sic ea, quæ si fuissent

Conferre emolumentum fideicommissi, q. moriente Patre ejus n. fuerit. Omnia plura sol-
 utionibus, in quibus repellendi demore tempus tenere non deceat, Antecessor quidam,
 et Magister meus dilectissimus, iam Regius Senator (quem, quia n. sequar, gratitu-
 dinis gratia n. nomino) Exstimabat, solutionem petendam esse ex notissima differe-
 datia inter legatum vindicationis, ex quo dominium rei legata potestate legi statim tran-
 sit in legatum n. facto heredi l. Legatum. de leg. 2. et fideicommissum, ex quo ante tradi-
 tionem nullum, post traditionem n. quiritarium, sed bonitarium dominium acquiritur fidei-
 commissario l. 3. Si Vusu. per. l. Si qui. 29. de Vusu. leg. l. facta. 63. ad Trebell. Anton.
 Faber. 2. Conject. cap. 4. Schifoidij. ad Fabi. lib. 3. tract. 2. qu. 12. 4. notat D. Ioanni Suarez de
 Mendoza ad leg. Aquil. lib. 4. cap. 5. sec. 2. ex n. 23. quare legatum relicto filio emancipato,
 Cum pater morietur, confertur, q. ejus acquisitio, utpote dimanans ex potestate legi ul-
 timo vita instanti, et sic vivo patre, perficitur; fideicommissum autem sub eadem condit-
 relicto n. confertur, q. ejus acquisitio traditionem, et factum heredi desiderat, nec
 ultimo vita momento perficitur, sed demum post mortem heredi instituti consumatur.
 Quam interpretationem maxime confirmari putat ex ultimo t. Verbi, ubi: quia moriente
 eo ejus non fuerit. Hac solutio, ne aliquem tanti viri decipiat auctoritas, divinatoria e-
 et falsa; Divinatoria, quia t. de legato simpliciter loquitur, et commodè potest ex audiri
 etiam de legato per damnationem relicto, quod simile e. fideicommissio, quoad causam tran-
 missionis dominii, qua exiit precise traditionem heredi. l. Mujumedi. 84. S. A. de l. 4. l.
 Legatum. 116. S. Vlt. de leg. 1. falsa, quia solum probat, quod emancipatus ultimo instanti mor-
 tri paterna n. acquisit dominium rei per fideicommissum relicto, n. tamen evincit,
 quod n. quiritur extraordinariam persecutionem, qua ex instanti, quo die fideicommissi
 cessit, competit fideicommissario. Vlpian. in fragment. tit. 25. S. fideicommissa. 11. l. Pecunia.
 118. S. 1. de Verbi. Sign. Donell. 2. Comment. cap. 23. ubi Ouald. l. 2. C. Galban. de Vusu. cap. 4. g. cum
 fideicommissum cessit vivo patre, ultimo nimirum vita momento, obnoxium debet esse
 collationi; neque enim ea solum, quorum dominium vivente patre acquisit, emancipatus
 confert, sed et actiones quas habet in bonis tempore quo pater facti manui implevit. l. 4.
 S. Si impuberi. 2. l. 2. S. Emancipatus. 1. de Collat. bonorum.

Num. 4.

Quapropter t. Respondenti potest ex s. Accu-
 sis, et Bartholi in d. 5. 19. et Goffredi in d. l. 5. Si ex dodante. 3. n. 20. illum tom. accipi-
 endum esse de fideicommissio a Patre herede instituto relicto filio in potestate existenti,
 Cum ipse pater morietur, quod perinde habetur, ac si post mortem patris relicto fuerit.
 l. 4. S. Si filio. 10. de leg. 3. l. 16. de auzo, et arg. leg. non q. n. admira hujusmodi interpre-
 tatione inuicem enes, ubi falsis nupter Relari Interpretes conveniunt, quia licet a patre
 herede instituto filio fam. puzi inutiliter legatum, aut fideicommissum relinquatur. l.
 A filio. 25. l. Quiritum. 9. de leg. 1. l. Cum legato. 1. quand. dies leg. ced. S. An serui. 32. Insti.
 de Leg. ex ratione, quam late tradunt Donell. 8. Comm. cap. 7. ubi Ouald. l. 2. D. Govean. in
 l. In ratione. 30. S. penult. ad leg. Falci. Benedict. Pinell. 2. select. cap. 3. Cusac. lib. 10. quere.
 Pauli in l. Debitor. 82. S. Servo. 2. de leg. 2. Cheriu. 2. in expa. cap. 16. Amaya t. observ. cap. 14.
 n. 14. quidquid sibi velit Oroz lib. 4. de apicib. cap. 2. n. 2. et latius cap. 6. Sub conditione tamen
 recte relinquatur, ut exitum sciat, si existenti conditionis tempore filius sui In-
 sti factus reperitur. d. 5. 32. Veri. Sub condit. Insti. de Leg. fideicommissum autem ab
 ipso Patre herede instituto relicto filio fam., Cum pater morietur, conditionaliter est.
 l. 12. S. 1. de leg. 2. l. 79. S. 1. de Cond. et Dem. l. 4. in pzo. l. 13. in fin. quand. dies leg. ced. et abiq.
 ulla interpretat. ab initio consistit, et effectum habere potest, si ante existentiam condi-
 tionis, id est, ante mortem patris, filius sui Iuxi factus sit, sicut et eodem modo consistit
 legatum sub eadem conditione relicto; sed potius quia cum evenire facile possit, ut filius
 ante mortem patris sui Iuxi n. fiat, ex benignitate, qua neglecta Verborum subtilitate
 praevalet in fideicommissis, in quibus mentem dumtaxat, et voluntatem relinquentis
 inuenitur. l. 64. de leg. 2. ut hoc etiam casu valeat fideicommissum post mortem Patris re-
 licto intelligitur, nec ex eo vitatur, cum ad differentiam legati ponit post mortem her-
 di relinqui. l. Vlt. l. Si fundum. 92. S. Vlt. de leg. 1. l. Si fuerit. 5. S. 1. de leg. 3. S. Post mortem. 35.
 Insti. de Leg. t. alia difficultas in l. Scavola. 16. ad Trebell. quem sic intelligit Illustris.

6.

Francorum Comes D. Ramos in M.S. ad titul. de Vulg. et Pupill. subtit. ad Rubric. et l. 1. n. 19.
 cum seqq; Hoc q. fideicommissum, cum acquiratur post mortem Patris, n. confertur, sed a filio praeci-
 puum retinetur; Quod autem de fideicommissio filio fam. relicto tot. loquitur, mihi ex eo n. vulgariter
 probari, q. d. Ulpianus, ut dicitur de Collatione, signanter adverte, utile esse fideicommissum, q. si
 de emancipato loqueretur, frustra id moneret; Qui enim Inquam dubitavit a Patre haerede
 in relicto filio emancipato posse relinquere fideicommissum, Cum pater morietur, cum et potest
 pure relinquere. Nec tunc obicit vulgaris instantia ex eo, quod cum n. n. confertur, necessario tot.
 de emancipato procedit, et q. improprie conferuntur pecunia, quae parentibus quaeruntur, ut dicitur
 superiori cap. num. 8. sic intelligenti tot. in d. l. 23. §. 2. de fideicommiss. libert. et in l. 42. C. hoc tit.
 Resp. ex s. Cujacij d. lib. 3. obierit cap. 34. quem sequitur Vinnius de Collatione cap. 11. n. 17. q. cum
 fideicommissa ex mera voluntate defuncti consistunt, et etiam olim post mortem haeredi utilia
 relinquere, ut jam diximus, nihil intererat, an cum morietur haereditas, an post ejus mor-
 tem relicta esset, cum utroque casu n. ab haerede, sed ab ejus haerede praestandum esset, et si fi-
 deicommissum emancipato relicta a patre haerede in relicto, cum ipse pater morietur, post
 ejus mortem relicta interpretari, et q. post mortem patris cedit, a collatione subducitur =

Num. 5.

Ex eadem ratione legatum, aut fideicommissum emancipato relicta post mortem Patris (de eo casu loquor, quo Pater n. fuit haeres
 scriptus, alia legatum inutile esset. d. 35. de Legat.) n. confertur, q. post mortem Patris ac-
 quiratur, prout ei acquireretur, et si tempore relicti legati fuerit in patris potestate l. 3. §. 5. Si
 quid. de minorib. l. 5. Si post mortem. 68. in prin. de test. Ad quam partem necessario referen-
 dus e. tot. in l. Paulus respondit. penult. de Collat. bon. ubi asseritur, q. ea, quae post mortem
 Patris filio reddi debuerunt, emancipatus filius, quamvis prius sit consecutus, quam debe-
 rent, fratri suo haeredi n. cogitur conferre, quia post mortem Patris non tam ex donatione,
 quam ex causa debiti possidere videtur. Quae decisiō quominus cum Cusacio lib. 11. Respons.
 Pauli accipitur de hi, quae emancipatus stipulatus fuit post mortem Patris sibi dari, et
 lud facit, quod scribit Paulus: Ea, quae post mortem patris filio reddi debuerunt, ante
 mortem Patris n. debent. q. n. loquitur de hi, quae debentur filio ex causa stipulationis.
 Conseq. sic probat: Dies incertus omnimodo exiturus, qualis e. dies mortis Vnui ex contrahen-
 tibus, vel alicujus tertij, solum facit necessariam conditionem, qua contractus n. reddi con-
 ditionales, neque facit quominus praesens sit obligatio, sed solum ad instar certis dieb, exe-
 cutionem remoratur. l. Nam n. 11. cum l. seq. l. Julianus. 60. de Condit. indeb. l. Necessario 8.
 S. t. de Peric. et commod. Teri Vend. l. Si pupillus. 9. S. t. de Novation. Donell. 8. Comment. cap. 34.
 et lib. 15. cap. 11. et contra nostras Primario Gomezium, Coram, et D. Rezi late fundari in
 Academi. de Die certo dicitur. 3. ex num. 1. q. cum tempus aserat, ante mortem Patris non
 nasci obligationem, n. loquitur de hi, quae filio debentur ex contractu. Riccio, n. Paulus
 de hi, quae filio debentur ex stipulatione post mortem Patris, ubi faceret, contra Iuri Va-
 tionem diceret, q. ea ante mortem tradita filio interim possidet ex causa donationis;
 quippe ejus, quod in diem certum, vel quod idem e, in incertum omnimodo exiturum, de-
 betur, ante diem consulto dati donatio non e, ut ex l. 34. §. 5. Quod vir. 6. de Donation. inter
 et ex l. 10. de Condit. indeb. junctis l. Hoc Iure. 49. §. Si quis seruo. 4. de Donat. et l. Cujus
 per errorem. 53. de Reg. Iur. Ostendi ubi supra dicitur. t. num. 5. et 7. Melius itaque Goffe-
 dus Paulum accipit de Legat. aut fideicommissi emancipato relicto post mortem patris,
 quae vere conditionalia sunt, cum fieri possit, ut non euntibus ordine facti filius ante
 Patrem decedat, et ante mortem Patris n. cedunt, aut debentur, cum n. antea conditio
 exierit. d. l. 10. §. 6. de leg. 1. d. l. 29. §. 4. de Cond. et Dem. Donell. d. lib. 8. cap. 34. et n. ante exi-
 tentiam conditionis solvantur, dominium interim ex causa donationis acquiruntur lega-
 tario. tot. sic intelligi in l. Post mortem. 12. C. de fideicommiss. junctis quae sub conditione, sci-
 tar Goffed. in l. Vxorem. 41. §. Sejum. 12. de leg. 3. ex n. 36. existente autem conditioe, sci-
 licet post mortem Patris ex causa debiti possideri a legatario. ex regula tot. in l. Sub condi-
 tione. 16. de Solution. ac per consequens ut potest acquirere post mortem Patris non veniunt
 in collationem ~ ~ ~ ~ ~ Ex quibus intelligendum e, qui ad eandem Iuri partem spectat,

Num. 6.

difficilius tōi. in d. l. g. 5. Si impuberi. Et de Collat. bonor. ubi si impuberi adrogatus à Patre adro-
gatore sine causa emancipatus Patri naturali successerit, quaeritur, an quarta, quae ei debetur ex
boni adrogatoris ex re scripto Divi Pij l. g. Si adrogator. 22. et 64. de adoptione l. Papin. 8. 5. Si q. 15.
de Inoffic. l. 1. 5. Si quid in fraud. Patris. 5. Cum autem. 3. In re. de Adoptione. Conferre teneatur? Et
ut hanc quaestionem decidat Ulpianus, aliam subiungit, Verum scilicet quartam ad heredem trans-
mittere possit? Nam ex eo dignoscitur, an sit in boni filij tempore mortis patris naturalis; quodq.
enim poterit transmitti, iam in boni est. Et respondet, q. quartam ad heredem poterit transferre, quia
personalis actio est; Quibus Verbis, prout optime exposuit Cusac. ad Paul. lib. 1. Sentent. tit. 13. de Ju-
dicato. 5. 1. 5. Elegans dixerimen constituit inter hereditatem alicui delatam, et quartam debi-
tam impuberi; Hereditas nondum adita, quia in boni est. l. Praetia Verum. 63. ad leg. Falcidiam.
ad heredem transmitti non poterit. l. Unica. 5. In novissimo. 5. Veri. Hereditatem. C. de Caduc. toll. cum
Vulg. Anton. Gomez. t. Variar. cap. 9. per tot. Vela dixerit. 11. feni per tot. Quapropter emancipatus ab
extraneo hares institutus hereditatem non dum aditam tempore patris mortis non conferre, ut cum
iudicio admonuit Goffred. in d. l. g. 5. Si qui bona. 22. de Collat. bon. q. eam non dum in bonis
habuit, sed post mortem Patris per additionem acquisivit, et quia tamen in potestate fuit,
hereditatem non dum aditam tempore mortis patris secuta additione sibi acquisiverit ex reg.
tōi. in l. Anatus. 62. 5. 4. l. Servus. 61. de acquir. heredit. 5. Servus autem. Veri. a l. enu. In re.
de hered. instit. Expressus tōi. in l. Non dubium. 15. C. de Iure delibet. Nec aliud probat Vulga-
ri reg. tōi. in l. Hares. 54. de acquir. heredit. qua dum auerit, q. hares quaecumque adierit ha-
reditatem ex tempore mortis defuncto succedere intelligitur, non ita est intelligenda, ut ratio ex
tempore mortis rerum hereditariarum dominus fuisse credatur; Nam Verus est, solum ex tem-
pore additionis dominum esse, ante additionem Veri nec Veri, nec ficti dominum intelligi, ut pra-
ter nova fundamenta, quibus ingeniose utitur Goffred. in l. Servus hereditarius. 52. de heredit.
instit. n. 31. cum seqq. mihi probat elegans tōi. in l. Mulier. 20. 5. 1. de Condit. instit. juncta l. 3.
cum similib. de manumiss. Vind. Sed potius accipienda est iuxta interpretationem Goffredi ubi
nuper num. 49. qui eodem sensu intelligit. l. Si ex re. 28. 5. 1. de Stipulat. servor. quam elegan-
ter exponat Illustr. Ramo. lib. 1. ad leg. Iul. et Pap. cap. 22. num. 5. quoniam, licet retrocederet
Dnūs à morte testatoris, non eò magis emancipatus conferre hereditatem, quam post mortem Patris
adivit, cum, etsi fuit in potestate, eam sibi acquisivisset, non patri, ex defectu habilitatis in
Patre jam mortuo tempore quo fit retractio; ac quarta debetur impuberi tanquam ex
alienum. d. l. g. 5. 15. de Inoffic. test. et ad ejus persequutionem statim acquisitur actio per-
sonalis, nimirum conditio ex lege. ex Regula tōi. in l. Unica. de Condit. ex lege, quae eri-
am ante litem contestatam ad heredem transferretur, ad iustas carcerum actionum per-
sonalium, quae rei persequutione continent. l. 1. 5. C. de hered. vel act. Vend. Unde infert Ul-
pian. quod cum quarta actio ad heredem posse transmitti, et in boni filij fuerit vivo
patre, Venit in collationem.

Num. 7.

Sed tunc sic arguet: Ea solum conferre emancipatus, quae, si fut-
isset in potestate, patri acquisivisset; sed si in potestate fuit, quartam Patri acquisere non po-
tuit; implicaret enim, ut exiret in potestate Patri naturalis et simul in adrogato-
ri potestate, ut periculum est: q. non tenetur quartam conferre. Benedict. Pinell. qui subtiliter
hanc difficultatem excitavit. lib. 2. select. cap. 9. ex n. 30. respondet, q. Emancipatus ea omnia
conferre, quae si in potestate acquisere poterit, patri acquisivisset, sed si possibili esset acqui-
sicio quarta in potestate patri naturali, ei acquiseretur: q. quartam conferre tenetur, quia
accidentalis repugnancia non debet prodere emancipato in invidiam suorum. Verum post lon-
gum Examen Veri respondere posse Exultimo, ideo quartam conferre, q. si filius fuit in
potestate patri naturali, quartam ei acquisivisset; nam cum quarta non debeat ante diem
mortis adrogatoris, nequidem in spe, exemplo legati conditionalis, ut statim fundabo, ni-
hil prohibet eo tempore, quo acquisitur actio ad petendam quartam, scilicet post mortem adro-
gatoris, filium fuisse in potestate patri naturali ab eo forsan adoptatum, ut in l. Qui li-
beratus. 12. l. Patris et de Adoptione. l. filio. 23. de Libera et Poth. l. 8. 5. Si qui. 7. de Bonor. po-
ssell. contra tab. Constat autem, quod si in ejus potestate fuit, necessario actionem ad quar-
ta persequutionem ei adquisivisset, quam et si Verum sit, q. si adrogatus non fuit, quartam ac-
quisere

quætere non potuissent, tamen cum ad collationem tempus acquisitionis impudicitia d. l. 53. de
 Collat. bonor. et eo inspecto potuerit filius in potestate patris naturalis existeret, et in ea exis-
 tenti debuerit actionem patri acquirere iuxta generalem regulam quarta actionem conferre
 teneret, quia si fuisset in potestate, eam patri acquirisset. Si quarta, num quarta debita impu-
 beri exheredato ab adrogatore sit conferenda? Respondeo, quod regulariter non potest conferri,
 quia prius est, ut filius admittatur ad bona patris naturalis, quam ut de collatione quarta-
 tur; impuberi autem ab adrogatore exheredatus, licet ejus morte secuta sui Iuris fiat;
 cum tamen adhuc maneat in ejus familia, nec per contra tabulas, nec per unde liberi bono-
 rum possen^m admittitur ad bona patris naturalis. l. 1. Vtrum 9. de Bonor. possen. contra tab. §. At
 h. to. In re. de hæred. quæ ab intest. defec. Si repletes, quod admittitur per unde cognati l. 5. Cog-
 nationem §. Unde cogn. §. admonendi. 13. In re. de hæred. quæ ab intest. defec. §. Liberi 3. In re. de
 Succen. Cogn. ergo et conferre teneret, ex huius, quæ dixi anteced. cap. n. 2. Reij^o q. d. Emancipatus
 admittitur per bonorum possen^m Unde cognati tum demum confert, cum concurrat cum sui hære-
 dibus; at in præsentia, ut constat ex dictis Iuris, ita admittitur, si nec sint sui hæredes, nec
 agnatus ullus interveniat, quo casu cessat collatio, cum nullus sit suus hæres, cui fieri possit:
 cautè q. Ulpianus, dum disputat de quarta collatione, illum casum expagitat, quo impubes
 sine justa causa fuit emancipatus, q. tunc simul cum sui hæredibus admittitur ad bona
 Patris naturalis cum onere collationis, et alterum omittit, quo sit exheredatus, quia tunc
 cum sui hæredibus non potest concurrere, nisi forsitan à parte naturali hæres interveniat, com-
 munito edicto per fratrem præteritum, maiorem partem hæreditatis, quam meruit ex
 iudicio patris, consequatur, tunc Urgetur ad collationem, ut diximus superiori cap.
 num. 18. et quartam etiam confert, q. huius casu parum est frequens, frequentior em assump-
 sit, cum scilicet ab adrogatore sine justa causa fuit emancipatus =

Num. 8.

Proceditur Ulpianus in d. 52. et q. d. dixerat,

quartam conferendam esse, ita demum procedere ait, si nata jam sit ejus petitio tempore mor-
 tis patris naturalis, ceterum si adhuc vivat adrogator, cautionem quoque cessare, præma-
 tura enim est spei collationis, cum adhuc vivat is, de cuius bonis quarta debetur. Mani ultimaz
 tui partem cum intelligere non possit Anton. Faber in Iurisprud. tit. de Adoption. præd. illat.
 to. fieri per tot. mitero demore impudat Triboniano; existimat enim, quod impubes sine justa
 causa emancipatus adhuc vivo adrogatore, qui eum emancipavit, de quarta conferenda ca-
 tionem decedat, quod et ante Fabrum tenuerunt Oldrad. consil. 224. n. 3. Acolinus relaxat à
 Cino in l. 2. in præd. C. de Adoption. et alij antiqui, qui referunt Cora in l. qui duo. §. 5. Cum
 in bello de Ver. dub. Verbo Potest mortui. n. 2. et 3. ex eo, q. impubere sine causa emancipato qu-
 arta debetur in diem incertum mortui adrogatori; sed dicit incertus mortui ut pote omni-
 modi extitum non differt obligationem, sed petitionem, ut dixi num. 5. q. vero Iuris vinculo
 quarta statim debetur ex tempore emancipationis, ut ostendunt illa Verba tui. in d. l. 2. C.
 de Adoption. ibi: Ita ut bonorum suorum quarta pars tam in postremo iudicio, quam si
à se emancipatus fuerit, ei præbeat, et solum ejus expagitio differretur vique dum emoria-
 tur adrogator, ac per consequens cum adhuc vivo adrogatore quarta actio sit in bonis eman-
 cipari, conferri debet. Rursum et si dies incertus mortui adrogatori rigorosam conditio-
 nem induceret, spei tamen obligationi conditionalis ad hæredem transmittetur in casum
 existentis conditionis per mortem adrogatori. ex d. 56. In re. de Ver. Oblig. ac proinde debet
 conferri ex d. l. 53. de Collat. bonor. Rursum, licet improbus dicatur, qui sollicitus est de
 hæreditate viventis. l. 2. §. Interdum 2. de Vulg. cum alijs; improbus tamen est, qui sollicitus est
 de eo, q. post mortem tenet debetur: q. cum emancipatus etiam vivente adrogatore actionem
 in bonis habet ad quarta persequutionem, et eam ad hæredes possit transferre, non rectè præ-
 matura dicitur collationis spes, et si superstiti sit adrogator. Denique adijcit Faber, nec
 villo alio casu posse verificari, quod de conferenda quarta cavere teneretur, nisi supersti-
 tite adrogatore; nam eo jam mortuo tempore, quo pater naturalis decedit, impubes aut

quartam habet, aut actionem ad ejus persequutionem; Si habet quartam jam solutam ab hereditibus adrogatoris, eam conferre debet; si actionem, ipsam etiam conferre; actionum etenim fit collatio, sicuti et ceterorum bonorum d. l. 2. §. 4. de Collat. bonor. juncta l. Bonorum. 49. in fine de Verb. Sign. Cumque actionem, vel quartam possit conferre, supervacua cautione onerandus non est. l. 14. §. 1. de legator. imo nec audiendus erit, si cum debeat conferre, satisfactionem offerat. l. 10. de Pign. act. l. 6. §. 1. Quib. mod. pign. solv. §. conclusio, nullus alius casus potest superesse, quod de quarta conferenda cavere teneatur, nisi cum adhuc vivit adrogator; tunc enim cum nec quartam, nec actionem habeat, sed spem certam quartam debitorum in mortuo adrogatore, spes quarta inducit spem collationis, et spes collationis necessitatem cautionis. argum. tot. in l. 4. §. Si sub condit. de Dot. collat.

N. 9.

Sed adhuc tanquam vera, et subtili defendenda, et a calumnijs Fabri liberanda est. Ulpiani decisio, partim ex doctrina Goffredi in d. tot., et in d. l. 2. §. 3. de Collat. bon. et Emmanueli Cora in d. §. Cum in bello. Verbo Postea mortui. num. 3. et 4. partim ex proprio labore, ut qui eorum scripta cum noverit contulerit, comperiet; Pro constanti itaque tenendum est, quod si cum mortuo pater naturalis, adhuc superesse sit adrogator, impuber sine causa emancipatus nec quartam conferre, nec causa conferenda cavere teneatur, quod nec quartam, nec actionem in bonis habet, nec, si ante adrogatorem deceverit, quidquam ad heredem transferat; Quarta etenim ei debetur non ex tempore emancipationis, sed ex die mortui adrogatoris, qui non statim ac emancipavit, quartam dare, sed relinquere testamento jubet, ut constat ex d. l. 22. in prin. de adoption. l. 2. §. 1. famil. exic. Ex quibus explic. est tot. in d. l. 2. C. de Adoption. et probat Verbum Relinquere apud Iustinianum in d. §. 3. In re de Adoption. quod proprium est ultimarum voluntatum. l. 4. §. 5. de Tabul. exhib. Cuscat. lib. 19. quart. Papin. in l. Unum ex familia. 67. in prin. de leg. 2. et licet dies mortui adrogatoris omnino ex certis sit, ignoratur tamen an sit ex certis vivo impubere; sed dies incertus, qui an vivo eo, cui ex testam. debendum est, ex certis sit, ignoratur, propriam conditionem inducit. d. l. 29. §. 1. de C. et D. §. quarta debetur sub conditione. Si morietur adrogator, et ea pendente conferenda non est, ad instar legati conditionalis. Accedit, quod adrogator quartam relinquere jubet, nec aliter competit impuberi conditio ex lege, quam si quarta relicta non sit; si vero relicta sit, competit actio ex testam. argum. tot. in l. 3. §. Si debita. ff. cum seqq. de Bon. libere. l. Si quis libertatem. ff. de Statu lib. Sed premortuus impuberi, et si maxime velit adrogator, quartam relinquere non potest: §. impubere premortuus eximetur adrogator ab onere relinquenda 4. et cessat conditio ex lege. Ex quibus recte avertit Ulpianus, quod vivo adhuc adrogatore tempore mortui patris naturalis premortua est collationis spes, cum possit evenire, ut turbato mortalitatis ordine, prius adrogator decedat, et nihil ad heredem transferat; at jam mortuo adrogatore, et nacta quarta petitione, cogitur impuber de quarta conferenda, cautionem prestare. ex regula tot. in l. 1. §. Iubet 9. et 5. quamvis ff. de Collat. bonor. ut seq. cap. dicemus, ubi ultimum Fabri fundamentum diluimus.

N. 10.

Ex eadem doctrina capiendus est tot. in d. l. 1. §. Si si qui bona. 22. de Collat. bonor. ubi emancipatus ad patris bonorum possessoris administrum peculium castrense sui filij fam. adhuc superesse, nec cogitur conferre, quod non suum, sed filij est. l. 2. ad Macedon. nec de eo conferendo cavere; premortua enim esset spes collationis, cum fixi naturaliter possit, prout est parentum commune votum, ut prius pater decedat, et nihil ad heredem transmittat; ceterum si tempore mortui patris, cujus bonorum possessio agnoscitur, jam deceverat filius fam., qui castrense peculium habuit, emancipatus peculium, quod mutatione facta per me castrense esse desit. l. Procuratorem. ff. de acquir. hered. conferre teneatur, et ne illud non dum agnoverit tempore patris mortui; non enim nunc acquiritur, sed non admittitur, id est, ipso Iure quaeritur abique agnitione. l. 2. de Castren. pecul. et ad heredem potest transferri, explicat Cora in §. Cum in bello. Verbo Postea mortui. n. 4. Unde non ineleganter quaeritur, an emancipatus peculium castrense filij sui mortui possit Patrem, cujus bonorum possessor agnoscit, conferre

cogatur. Cujac. ad Pandect. in d. §. 22. existimat, eo casu peculium conferendum esse, quia cum
 Verro emancipatus fuisse crederetur. l. §. Servum filij. 44. de leg. 1. l. §. Quia rei. 98. §. Rem. 3. de Solutionib.
 l. §. Proponeretur. 9. de Carren. pecul. ex post facto apparet, in ejus bonis fuisse, cum Pater decisset.
 Poterat etiam suam opinionem fulcire ex d. l. §. 1. §. Qui ab hostibus. 11. de Collat. bon. ubi emancipatus
 ab hostibus captus, qui post mortem Patris redijt, licet moriente Patre revera nihil in bonis ha-
 buerit, ea omnia, quae media postliminij fictione creditur in bonis tempore paterna mortis
 habere, confert: §. et peculium filij sui post patrem mortui, quod postliminij cujusdam similitu-
 dine verro in bonis habuisse cenetur, ut loquitur Tryphonian. in l. §. De hereditate. 19. §. Pater. 3. de
 Carren. pecul. confertur debet. Sed Verro est ex mea ss. in proposito peculium conferendum non
 esse, et si in bonis Verro fuisse crederetur, quia ea demum confert emancipatus, quae, si fuisset in
 potestate, Patris acquisita fuissent; peculium autem carrenie filij sui patri prius mortuo qua-
 xi non potuisset, et si fuisset in potestate, utpotè cessante fictione retroactiva ex defectu capaci-
 tatis ex parte Patris jam mortui, cum inducitur retrotractio. Confirmatur haec doctrina
 tum ex dictis num. 6. tum exemplo legati conditionalis per vindicationem relicti, quod
 existeret quaecumque conditione, Verro acquiretum intelligitur. l. §. I. cui via. 11. §. 4. quemad-
 mod. serv. amitt. l. §. Servo. 69. §. 1. de leg. 1. Valencia 3. Illust. tract. 6. cap. 2. n. 12. et tamen exis-
 tente post mortem patris conditione non confertur ab emancipato. d. l. §. 2. §. 3. de Collat. bon. §.
 et si fuisset in potestate, non patri jam mortuo, ex quo nihil operatur Retrotractio, sed sibi
 legatum acquiret: §. idem dicendum est de peculio carreni post mortem Patris acquisito,
 quod licet verro emancipati fuisse crederetur, conferendum tamen non est, quia et si fuisset in
 potestate, ad patrem prius mortuum spectare non potuisset. Nec obicit patris deducta ex d.
 §. 11. ubi idem emancipatus, qui post mortem patris ab hostibus redijt, confert bona, quae, si
 captus non fuisset, tempore paterna mortis habuisset, §. si in potestate mansisset, ea patri ac-
 quireret, quoniam postliminij fictione opus esset, cum pater retineat dominium eorum, quae
 per filium fam. acquisivit, et si ab hostibus captus sit, et idem procedit, si cum patre mo-
 ritus, ab hostibus redemptus invenitur, §. quamvis quodam naturali prioris vinculo
 retineatur, donec pretium redemptionis solvat. l. §. Qui testam. 20. §. 1. Qui testam. fac. post.
 tamen vel statim fungitur postliminio, ut tenent Anton. Faber in Papin. tit. prius. 4. it-
 lar. 3. et tit. 11. prius. 8. illat. 11. cum segg. Schifordig. ad eundem. lib. 2. tract. 22. et lib. 3. tract. 24.
 quae. 2. cum segg. Vel et si ante solutum pretium redemptionis non gaudeat Iure postlimi-
 nio, ut contendit D. Rees. 6. opuscul. cap. 13. favorabiliter, ut habeat unde solvat, Iura suc-
 cessionis sibi vindicare poterit. l. §. I. qui. 15. C. de Postlim. Verro, et patris bonorum possessionem
Nec dolum duntaxat præstat emancipatus in his, quæ in bonis habuit, cum pater decedit, sed et culpam d. l. 2. §. 2. de Collat. bonor. ubi scribitur Paulus, quod plerique putant, ea, quæ sine dolo, et culpa perierint, ad collationis onus n. pertinere. Circa hujus rei expositionem nullum habeo, quem sequar; dicam ergo quæ excogitavi: Omnes Consulti in eo conveniebant, quod emancipatus præstaret dolum, et culpam, quo nomine in Viris levis culpa significatur. l. 5. §. Nunc videndum. 2. Commodari. l. 1. Contrac. 23. de Res. Jur. tunc enim culpa doli est. l. Quod Nexa. 32. Depositi; in eo tamen dividebant, an levissimam etiam culpam et casum fortuitum præstaret, et rursus eo fuisse questionem constat in d. §. 2. ubi n. ait Consultus: Plerique putant, quod dolum, et culpam præstat, sed ita loquitur: Plerique putant, ea, quæ sine dolo, et culpa perierint, ad collationis onus n. pertinere, quod longe dissimile est; indicat enim aliquos existimasse, etiam ea, quæ sine dolo, et culpa perierunt, in collationem venire, et emancipatum levissimam culpam præstare, fortuitum ex eo, q. cum in collatione solvitur emancipati utilitas, uti videtur, qui non aliter cum effectu ad bonorum possessionem admittitur, quam si bona contulerat, hoc ipso levissimam culpam præstare dicendum est. ex res. t. in d. l. 5. l. In Rebus. 18. Commodari. imò et casum fortuitum, q. cum ad collationem tempus paterna mortis attendatur, casus fortuitus postea superveniens n. in suorum hæredum, sed in emancipati dispendium cedere debere videtur, sicuti q. ad inveniendam Rationem legi Falcidia tempus mortis testatoris expectari, casus fortuitus postea contingens n. præjudicat legatariis, sed hæredi. l. In Ratione. 30. l. In quantitate. 13. ad legem Falcid. §. Quantitas. 2. Inst. eod. tit. Sed licet hæc speciose dicantur, merito prævaluit contraria, et communior scilicet existimatio, q. emancipatus levem tantum culpam præstat, de levissima autem, aut fortuito casu n. tenetur, quia collatio fit n. modo in gratiam emancipati, ut cum effectu bonorum possessionem agnoscat, sed et in compendium suorum hæredum, ut damnum eis illatum per emancipati concursum restituantur; ubi autem duorum utilitas vertitur, tam in ultimis voluntatibus, quam in contrariis doli duntaxat, et culpa præstat. d. l. 5. §. 2. Commod. l. Si servus. 108. §. Cum quid. 12. de leg. 1. Accedit, q. Pater boni viri arbitratus jubet collationem fieri d. l. 5. §. 4. de Collat. bonor. Vir autem bonus non est arbitraturus emancipatum conferre id, quod sine dolo, et culpa deest in bonis habere, ut dicitur in d. §. 2. Nec obstat exemplum legi Falcidia; nam evidens est Ratio differentia; Legi Falcidia mortuo testatore statim operatur, et vel legata dōdantem excedentia rescindit, vel inta dōdantem consentientia illibata relinquit, et ea Ratione fortuiti casu, qui post mortem testatoris adveniunt, onerant hæredem; Edictum autem de Collationibus, et si tempus paterna mortis attendat, n. statim, ut Res exeret, sed ubi emancipatus bonorum possessio agnoscerit, in cuius dispendium fortuiti casu cedere iniquum esset. Sed arguet ex d. l. 2. §. 2. ubi ea solum non conferuntur, quæ sine culpa perierunt. g. emancipatus etiam de levissima culpa tenetur. Verum licet hic tō. Accursium, et Goffredum deceperit, facile respondeo, quod culpa levissima, q. Vir culpa est, ut nomen ipsum indicat, nonnunquam cum casibus fortuitis, ad quos proximè accedit, excludi intelligitur, ut in l. Si creditor. 5. C. de Pignori. acc. l. In judicio. 28. Cod. de Locato. cum alijs. quod et fit in d. §. 2. Nec etiam obstat tō. in d. l. 5. §. 23. de Collat. bon. ubi ideo emancipatus dolum, n. etiam culpam præstat, q. tō. loquitur de his, quæ vivo patre in bonis esse deierunt, quo tempore cum de Collatione quæri n. possit, in Verum suarum administratione n. est ab eo culpa exigenda, ut in n. dissimili specie accibat Pompon. in l. Etiam filius. 18. §. 1.

St. Solutio matrum. post mortem autem Patris, cum jam emancipatus collationi sit obnoxius, saltem in casum, quo bonorum possessio agnoverit, merito propter jam dictam rationem, prater dolum, culpam quoque prestare tenetur =

Vidimus jam quae bona emancipatus conferre tenetur. Nunc sciendum est, ex bonis obnoxii collationi et alienum deducendum esse, et id intelligi filium in bonis habere, quod deducto aze alieno superest. d. l. 2. St. de Collat. bonor. l. 6. in fin. C. hoc ut. juncta generali Regula t. d. in l. Mulier. de Iur. dot. l. Sub. signatum. 32. St. de Verb. Signif. Cui ad stipulata Casiodorus lib. 1. Variar. epist. ult. Id autem procedit in aze alieno vivente patre contracto, non in eo, quod post ejus mortem contractum est, per quod collatio minui non debet, sicuti nec minuitur per alienationem eo tempore supervenientem; illic tamen occurrit, quod si filius fuisset in potestate, et alienum, quod vivo patre contraxisset, ipsum dimitteret, non frater oneraret. l. 2. Quod cum eo. argum. t. d. in l. 5. Idem scribit. 6. famil. excic. 2. emancipatus ex bonis, quae conferre tenetur, et alienum deducere non potest. Cui difficultati respondeo, Verum quidem esse, quod si filius in potestate extiterit, et alienum superite patre contractum proprium ejus esset, nec frater praegravaret; sed non inde inferat, quod emancipatus ex bonis conferendis et alienum deducere non possit, quia edictum de Collationibus totum nititur aequitate, quae non patitur, ut in conferendo deducatur et alienum, quod verisimile est, contractum fuisse intuitu patrimonij acquirendi, aut acquirendi beneficio emancipationis; forsitan enim si fuisset in potestate, nec et alienum contraxisset, nec tam ampla bona patri acquirisset, ac post emancipationem acquirisset. Ad haec si fuisset in potestate, forsitan peculium habuisset, et partem ex contractibus peculio tenus obligaret, ejusque obligationis nomine omnes haeredes patris tenentur pro partibus peculiaribus, quae penes ipsos essent. l. Si quis. 22. l. Si ex duobus. 32. de Peculio. et licet creditor possit vel omnes haeredes pro partibus peculiaribus convenire, vel in solidum advenit filium, cum quo contraxit, experiri, non modo ante divisionem haereditatem. l. Huius conventionem. 18. 5. Si filius fam. 5. famil. excic. sed et post factam divisionem. l. Quasitum. 30. 5. Si vero. 3. de Peculio, quod ejus arbitrio relinquatur iuxta t. d. sic intelligi in l. 4. Quod cum eo. possit tamen filius in solidum conveniri per exceptionem doli consequi, ut sibi cedenti actiones advenit coheredes, et sic quoad effectum solum pro peculiaribus patre conveniretur. d. l. 18. 5. 5. et d. l. 30. 5. 3. merito emancipatus ex bonis, quae conferre jubetur, et alienum vivo patre contractum deducere possit =

N. 29.

Multum autem interest, an pure, an sub conditione et alienum contractum sit, pure debet statim deducitur; conditionale autem pendente conditione conferre jubetur, ita tamen ut sui haeres, cui collatio fit, caveat, existente conditione, se defensum emancipatum pro ea parte, quam contulerit, ut scribit Paulus in d. l. 2. St. de Collat. bonor. Idemque existimo, dicendum esse, si debetum in diem contractum sit; nam et in praesenti sit obligatio. l. Centenarius. 46. de Verb. Oblig. in diem differens solutio; nec et quom. enet. medij temporis modo suum haeredem privari. argum. t. d. in l. Aut Praetor. 10. 5. Si cum in diem. 42. l. Omne. 1. 5. Vlt. Quae in fraud. credit. Probata haec opinio speciosa paritate desumpta ex l. Omne. 22. cum l. Seq. Pro Socio, ubi postquam dixit Paulus, distracta societate omne et alienum, quod ea manente contractum est, de communi solvendum esse, subjungit, quod si aliqui ex sociis sub conditione, vel in diem pecuniam debeat, non potest debetum tanquam praesenti deducere, sed illud communicare cogitur, dummodo caveant socii, cum dies venerit, vel conditio extiterit, defensum in socium; quod pariter cum agitur de deducendo aze alieno ex bonis, quae conferuntur, quod in diem debetur, non pure, sed conditionali debito simile esse debet. Haec securi quidem procedunt in debito conditionali ex contractu; sin autem emancipatus aliquid debeat ex testamento sub condit. veluti si eum extraneus haeredem instituerit, et legatum sub condit. reliquerit, quaeritur, an sui haeres, cui conferretur, cavere tenetur, emancipatum advenit legatum defensum in in casum existentis conditionis? Mover dubitationem, quod legatum ante existentiam conditionis non debetur, et ea ratione non conferretur, ut ex d. l. 2. 5. 3. diximus. num. 2. quod ex contrario et alienum ex causa legati conditionali non potest deduci adhuc in casum existentis conditionis, quia post mortem Patris contractum est, scilicet existentis conditionis tempore, quod in

N. 30.

Si ex dodrante. 5. Vbi cum filius, qui erat in potestate, fuisset institutus ex dodrante, extraneus ex quadrante, dicitur, quod emancipatus agnoscens bonorum potest. contra tab., pro quadrante solum bona confert, quia solum quadrantem patri aufert. Verum quaeritur, an in huiusmodi specie emancipatus conferat quadrantem bonorum, an trientem? Et Cujac. ad d. l. g. de Collat. bonor. et lib. 3. obsev. cap. 29. existimat, quod trientem bonorum confert, quia etiam ex universa hereditate solum quadrantem fratrem aufert, tamen ex portione fratris trientem aufert; quadrans enim totius hereditatis trientem est dodrantis, ex quo frater fuit institutus, et id, quod dicitur, emancipatum tantum confert, quantum aufert, non ita intelligendum, ut conferat pro rata ejus, quod aufert ex universa hereditate, sed imò ut conferat pro rata ejus, quod ex portione sui hereditatis aufert, ut probari videtur ex l. 5. Nunc videamus. A. de Conjun. ubi cum esset filius suus, aliter emancipatus, et nepotes ex eo in potestate retenti, aueritur, quod emancipatus solum nepotibus dimidiam partem bonorum confert, quia licet ex tota hereditate quadrantem dumtaxat auferat. d. l. g. Si inter ipsum. H. de Conjun. tamen ex portione nepotum dimidiam partem aufert; quadrans etenim totius hereditatis semis est ejus partis, quae iure civili ad nepotes pertinet, nisi emancipatus cum eis concurreret. Arguitur tamen, et edicto conformiter iudicio, ut emancipatus solum conferat pro rata ejus, quod auferat ex universa hereditate, in quo solum irrogat injuriam, et quod in d. 53. quia totius hereditatis quadrantem solum aufert, quadrantem dumtaxat bonorum conferat, ut manifestè ostendunt illa Verba d. 53. ibi: Pro quadrante tantum bona sua collaturum, quae immerito distorquet Cujac. Et idem meo iudicio procedit, ubi duo sunt filij, aliter suus, alius emancipatus, et nepotes ex eo in potestate retenti, nam emancipatus nepotibus, quibus quadrantem aufert, quadrantem solum confert, ut mihi probat eod. ind. 53. Verum argum. ubi id, quod dicitur Ulpianus, emancipatum fratrem ex dodrante instituto solum quadrantem confert, firmat eo argum., quo utitur Pompon. quod scilicet emancipatus nepotibus ex se natis solum conferat, scilicet quadrantem, prout in priori specie. Nec tamen obicit eod. in d. l. g. ubi quod docetur, emancipatum nepotibus ex se natis dimidiam bonorum partem confert, eo casu procedit, quo ipse solus cum nepotibus concurrat, quibus cum semivem hereditatis auferat, merito dimidiam bonorum partem confert; quod autem eod. de illo casu loquatur, ex eo non obicere colligitur, quod in Verbo. Nam etiam alius, ubi mutari speciem vel Cujac. ipse faceret, proponitur alius fuisse in potestate; §. principium eod. in emancipato solum cum nepotibus ex se procreatis concurrente necessario procedit.

N. 33.

Haec obtinent indivisibile, ubi duo dumtaxat sunt filij, aliter suus, et emancipatus aliter. Ceterum si plures sunt sui heredes, aut plures emancipati, plus in quantitate confertur, quam aufertur, ut ecce si duo sunt filij in familia retenti, emancipatus trientem solum bonorum paternorum aufert, et tamen singulis fratribus trientem bonorum confert, et sic cum auferat trientem, bisem confert, veluti si retenta in bonis habeat, ducenta fratrum confert, et sibi centum retinet. d. l. g. Vlt. de Collat. bonor. Cujus distributioni Vera Ratio ex eo provenit, quod emancipatus quoad conferendum media reversione emancipationis creditur fuisse in potestate, et redigitur ad conceptum sui hereditatis; consistat autem, quod si revera fuisset in potestate, fieri quidquid patri acquiritur, ex aequalibus portionibus cum fratribus commune esset: §. et collatio pro virilibus portionibus fieri debet. Id autem fallit, si plures sui heredes unius personae vice fungantur, veluti si sint duo, pluresve nepotes ex altero filio, aut emancipato in potestate retenti, quibus emancipatus dimidiam solum partem bonorum confert, quam omnes unus essent. l. g. Si nepotes. 2. in prio. de Collat. bonor. d. l. g. in prio. et d. Evenerit. H. de Conjun. quia inter eos hereditas non in capita, sed in seipos dividitur, et si emancipatus fuisset in potestate, ejus, quod patri acquiritur, dimidiam dumtaxat partem omnes nepotes perciperent. Ex reg. eod. in d. Cum filius. 6. Inster. de hered. qua ab intest. defert. Rursum si plures sint emancipati, si unus, sive plures sint sui heredes, plus emancipati conferunt, quam ferunt ex hereditate; §. circa controversiam procedit, si plures emancipati unius personae vicem gerant, veluti si sint plures nepotes emancipati ex filio praedefuncto, qui ita conferunt patrio, qui manet in potestate, quam omnes unus essent. d. l. 2. in fine. de Collat. bonor. Cujus rei elegans exemplum habetur in d. l. 2. Si duo nepotes. 7. eod. tit. ubi si sint filij in potestate, et ex altero jam praemortuo duo nepotes emancipati, hereditatis semivem filius habet,

alter semel Iure Prætorio pertinet ad nepotes, quorum singuli quadrante bonorum auferunt; et tamen quilibet semel bonorum patris confert, ex ea evidenti non minus, quam eleganti Ratione, q̄ si in avi potestate fuerint, et eo vivo ducenta forte acquirunt, centum filius, centum duo fratres, nepotes scilicet emancipati, per hereditatem avi haberent. ex d. S. 6. Inst. de hered. qua ab intest. defert.

N. 34.

Verum etsi plures emancipati unius persone vice n̄ fungantur quoad successionem, Vni, Vel pluribus suis heredibus plus conferunt, quam auferunt, et omnes emancipati in conferendo unius emancipati vicem subveniunt; quippe cum sibi invicem conferre n̄ possint. d. l. 9. C. hoc tit. inducitur fictio suppressiva personarum, quæ efficit, ut solum suorum heredum habeatur ratio, et collatio emancipationis invicem prodere n̄ possit. l. 3. S. Iulianus. 2. de Collat. bon. Quod exempli manifestum fiet: Si duo sint filij sui, et duo emancipati, quilibet emancipatus auferat quadrante, confert tamen trientem singulis fratribus in familia retentis, Veluti si singuli habent trecenta, quilibet ducenta confert, et centum retinet. d. l. 5. de Collat. bonor. Vel si (ut proponitur in d. l. 3. S. 2.) pater quadringenta reliquerit, et duos filios in potestate, duos emancipatos, ex quibus alter centum, alter sexaginta in bonis habet, quilibet emancipatus ex bonis centum auferat; et tamen, qui centum habuit in bonis, fratribus confert sexaginta, et sex, et retinet triginta tria, et trientem unum ex tribus, in quos dividitur pars, quæ superest ex centum, quæ conjuncta cum centum, quæ percipit ex bonis patris, efficiunt centum triginta tria, et trientem unum; id vero, qui sexaginta in bonis habet, confert quadraginta, et viginti retinet, quæ juncta cum centum, quæ ex patris bonis consequitur, centum viginti constituunt, ut explicat Cusac. lib. 23. Digest. Iulian. in d. l. 3. S. 2. de Collat. bon. Aliud exemplum suppeditat tot. in l. 2. S. tres emancipati. S. eod. tit. Proponuntur ibi tres emancipati, et duo in potestate, et dicitur, q̄ etsi emancipati singuli quinque tam partem auferant ex hereditate, conferunt tamen singulis suis heredibus trientem bonorum. Sed contra hanc doctrinam duplex occurrit difficultas. 1. ex eo, q̄ cum emancipatus quoad conferendum in potestate fuisse creditur, nec ob aliam Rationem conferat, quam quæ si fuisset in potestate, quæcunque acquireret, in paterna hereditate invenirentur, et cum fratribus communia forent, ut toties diximus, Videbatur in bonis conferendis eadem portiones fieri debere, quæ in paterna hereditatis distributione servantur, ac proinde etiam plures emancipatos Vni, Vel pluribus suis heredibus n̄ plus conferre debere, quam auferunt, q̄ si omnes fuissent in potestate, n̄ amplius pars ex bonis ab ipsis acquirunt ad fratres pertineret. 2. quia posita prædicta Ratione collationis faciendæ, omnia perinde censenda, ac si bonorum possessor n̄ agnovisset emancipationem, qui cum semper, Vel tantum, Vel plus conferat, quam auferat, nunquam lucrum bonorum possessionis sentit, imò nunquam damnosum experitur. Quibus dubitationibus ut ordine satisficiam, 1. respondeo, q̄ Ratione emancipationis quoad effectum collationis in suorum heredum comparandum inducitur, n̄ in gratiam emancipatorum, quorum persona sigillatim n̄ enumerantur, sed unius vice funguntur, n̄ invicem collatio ipsi proit, ut dicitur in d. l. 3. S. 2. et consideranti patet; constat autem, q̄ unus emancipatus pluribus suis heredibus propter eandem Rationem emancipationis plus conferat, quam auferat, ut dixi num. antecedenti. 2. dico, emancipatum tantum, Vel plus conferre, quam auferat, intelligi in Ratione quota partu, n̄ in Ratione quantitate, et fieri Sape posse, ut emancipatus, qui in Ratione qualitatis, aut plus conferat, quam auferat, amplum lucrum ex hereditate consequatur, q̄ opulenta forsan sit, et longè superet vires patrimonij, quod habet emancipatus; Sin autem evenerit, ut etiam in Ratione quantitatis plus conferat, sibi debet imputare, nec profecto e. cui conquestatus, cum liberum ei fuerit bonorum possessionem Omittente, ut scribitur in d. l. 2. S. 5. Nec est, quod dicat aliquis inanem tunc reddi bonorum possessionem, etenim nec aliud potest contingere, posita Ratione emancipationis, etsi emancipatus fuisset in potestate, hereditas paterna, et si solum ex bonis ab eo acquiruntur constituet, cum fratribus esse communis. Sic docet, licet non sic explicet. Cusac. lib. 4. Pauli ad Edictum in d. l. 2. S. 5.

N. 35.

Ex quibus venit intelligi. d. in d. l. 1. S. 1. Veri. Nam et ab eis de Conjungend. ubi si sint filij in potestate, et duo emancipati, primus, et secundus, et ex primo

Caput tertium.

De tempore, et modis conferendi, et et poena non conferentis.

Num. 1.

Nunc suo ordine sequatur de doti, et eorum, quae facta testamento in legitimam ingu-
 tantia, collatione disputatio, quam quia integram dare temporis angustia n. sime, et ut extrema
 literarum Cuius limina, quae prope iam sunt, absolutum saltem de Collatione bonorum tractatum
 compendiam, methodum negligere, et q. capitulis inscriptio promittit, quamvis cuilibet collationi com-
 mune, breviter percurrere cogor. Igitur ut illuc incipiam, n. ante, sed post peritiam demum bonorum
 possit. emancipatus oneri collationis adstringitur; nec enim edictum de Collationibus conditionate
 est, id e. Praetor n. promittit emancipato bonorum possessionem sub conditione, si sui heredibus con-
 tulerit, sed puxi, et simpliciter, et post eam acceptam onus collationis iungit, ut eleganter dispu-
 tat Iulianus in l. Praetor. 3. de Collat. bonor. qui id probat ab inconvenienti; nam aliquis si non
 a litere emancipatus possit bonorum possessionem agnoscere, quam si prius de Collatione cavisset, magna
 captio, sive fraus ejus foret, possit enim forsan, diem quare fidei iuror, qui difficulter inve-
 nitur, vita decedere, et tunc nihil ad heredem transmitteret, quia bonorum possessio non diu ag-
 nitur, ad iustas hereditatis non adita, ad heredem transmitti non potest. l. 3. §. acquirere. 2. de Bonor.
 nita, ad iustas hereditatis non adita, ad heredem transmitti non potest. l. 3. §. acquirere. 2. de Bonor.
 possit. l. Emancipata. 4. C. qui admittit. §. expedit emancipato, ut possit bonorum possit agnoscere, ante-
 quam caveat, ut si eam ad heredem transmittat, cum onere tamen collationis Rursum, si Praetor sub
 conditione collationis bonorum possessionem promitteret, et dum fidei iuror quarentur, sui heredes
 decederet, emancipatus quare conditione defectu n. admitteret ad bonorum possessionem; conditio
 enim illa esset. Si suo heredi contulerit, quae suo herede ante mortuo omnino deficeret, nec in-
 personam heredi ejus possit impleri ex regula d. in l. Cum ita. 94. Veri. Diversa de Cond. et Dem.
 l. Peculium. 20. §. 1. cui servus. 3. de Statu lib. quapropter licet in alijs casibus cautio in vim condi-
 tionis requiratur, ut in l. Stipulatio. 21. §. 1. de novi oper. nunt. l. 4. §. Illud videndum. 10. de fidei comm.
 libert. in nro edicto n. ut conditio exigatur, sed agnita bonorum possessioni tanquam onus imponi-
 tur, ut praefati periculi via pracludatur, et merito quidem Praetor, ut sine suorum heredum
 dispendio emancipato contuleret, puxi bonorum possessionem pollicetur, et onus collationis iun-
 git, ita ut non facta collatione tota hereditas apud suos heredem remaneat, docent Goffred. in
 d. l. 3. et Cusac. ibi lib. 23. Digest. Iulian. Ex quibus principiis intelligendus e. d. in l. 5. §. 8.
 de Collat. bonor. prout eum explicavimus supra cap. num. 24.

N. 2.

Sed Opponunt Vlpianus in fragment.
 tit. 28. de Possessionib. dandis §. Emancipatus. 3. et Paulus lib. 5. Sent. tit. 9. §. Emancipati. Vlt. qui
 auerunt, emancipato liberos, si velint cum his, qui in potestate manserunt, communis patris heredi-
 tatem dividere, antequam bonorum possessionem agnoscant, de conferendo cavere debere: ergo
 sentiunt, Praetorem sub conditione collationis emancipationis bonorum possit promittere.
 Quam difficultatem ut dissolveret Cusac. Variavit. d. lib. 23. Digest. Iulian. In d. l. 3. ex iustima-
 vit, Paulum in hac re a ceteris Consultis discessisse, quod ferendum n. e., cum certum sit, Vl-
 pianum, et Paulum in ea fuisse ss, ut emancipatus post agnitam bonorum possessionem subeat onus
 collationis, ut demonstrant eorum decisiones in d. l. 4. §. 8. et in d. l. 2. §. Vlt. de Collat. bonorum;
 In Recitat. ad d. l. Verbum Debent, apud Vlp. et Paulum contendit, idem Valere q. possit
 ut in totu n. intelligi in l. 8. §. Si inter duos. 3. deliq. 2. Melius tamen responderi poterit ex doc-
 trina doctrinam Vlt. lib. 3. quare Papien. in l. Nonnunquam. 8. de Collat. bonor. q. cum duplex
 sit bonorum possessio, alia cum re, alia sine re, ut constat ex Vlp. d. tit. 28. §. Vlt. qui ait, bonorum
 possessionem sine re esse, cum suis heredem evincere hereditatem poterit, q. praedicti loci ascendit,
 Emancipatum, antequam caveat de Collatione, bonorum possessionem agnoscere n. posse, ita inte-
 ligendum e., ut n. ante possit cum re, et effectum illam agnoscere, q. si n. caveat, poterit sui heredes
 partem hereditatis evincere ex d. l. 3. de Collat. bonor. possit autem etiam ante praestitam condi-
 onem

potestativa conditionis implemento induceretur hereditatis aditio, quæ nudam solum voluntatem desiderat, tamen eo implemento cautionis de conferendo non potest induci agnitio bonorum possessionis, quæ præter voluntatem Iudicis presentiam requirit. Secunda difficultas, quæ subtilem Goffredum cogit, ut auerat d. S. S. d. l. 3. non recte interruptum esse, Respondet Cusac. d. lib. 23. Dixerit Julian. in d. S. S. quod licet Regulariter exceptio doli non inest ipso Iure stipulationi, utpotè contractus stricti Iuris, inest tamen stipulationi collationi, quæ cum eo edicto Prætoris arbitrio boni Viri, et sic bona fide interponatur, proximè accedit ad contractus bonæ fidei, quibus ipso Iure inest exceptiones. l. Mujurmodi. §. Qui servum. §. de leg. 1. et ea ratione repudiata bonorum possessio ipso Iure tutus est emancipatus. Rectius tamen Respondit ipse Cusac. in Rectitat. ad d. S. S. quem sequitur, non tamen Refert D. Reres lib. 8. opus. cap. 6. q. stipulatio collationi ex natura rei tacitam recipit conditionem, si bonorum possessio agnita fuerit. argum. tōi. in l. Stipulationem. §. de Iure dot. quæ enim collationi nomine promittit, necessariò ad illam causam se refert; quapropter repudiata bonorum possessione, et sic deficiente conditione ipso Iure inutilis est stipulatio. Nec obstat tōi. in d. l. 2. §. 3. de Doli mali except. ubi idèò necessaria est exceptio doli, quia cum pecuniâ simpliciter promissa fuerit, quamvis sub spe futura numerationi, non conditio, sed causa inest stipulationi, quæ non dicit necessariam relationem ad mutuum, cum potest ex alij causis interponi, et deficiente causa, non ipso Iure, sed ope exceptionis deficit obligatio, nisi forsan in contrahendo causa mutua pecuniâ accipiendâ expressa sit; tunc enim condicionalis est stipulatio, et causa non secuta ipso Iure inutilis est. tōi. sic intelligi in l. Qui pecuniâ. §. de Reb. credit. ex doctrina D. Reres d. cap. 6. quem eo nomine merito laudat Illustrius. Ramos lib. 2. ad leg. Jul. et Pap. cap. 1. n. 15 =

Num. 5.

Antequam hinc abeamus, scire oportet, quod non solum post petitam cautionem de conferendo, sed et post re ipsa factam collationem, potest emancipatus bonorum possessionem repudiare, et sicut repudiatione secuta agenti fratre ex stipulatu ipso Iure tutus est, sic et pecuniâ, quam fratri contulit, repetit per conditionem. l. Si filius. 13. de Condit. cau. dat. d. l. 3. §. 5. de Collat. bonor. pecuniâ enim contulit propriæ cum finem, aut causam finalem, ut patris bonorum possessionem agnosceret, quæ cum secuta non fuerit ratione repudiationis, locum facit prædictæ conditioni. argum. tōi. in d. l. 1. §. 1. et in d. l. 2. de Condit. cau. dat. ubi pariter, qui hereditatem, aut legatum repudiat, pecuniâ, quam deditat conditioni adimplenda causa, repetit per simplicem conditionem. Sed dicit: Per ipsum emancipatum steterit, quominus causa sequeretur, cum liberum esse fuerit bonorum possessionem agnoscere: quod perinde haberi debet, ac si agnita bonorum possessio, et sic causa secuta fuerit ad excludendam conditionem ex Reg. tōi. in l. Iure civili. 29. de Cond. et Dem. l. In Iure. 167. de Reg. Iur. juncti, quæ congruè Guillelmus Masius lib. 6. singular. opin. cap. 8. et d. maxime cum nec consilij mutatio, utpotè in fratris injuriâ facta, potest præfaram conditionem inducere. l. Nemo potest. 15. de Reg. Iur. Cuius difficultatem facile responderetur, quod emancipatus, qui dum fratri pecuniâ contulit, in animo habuit bonorum possessionem agnoscere, potest ex parententia mutare consilium absque ulla fratris injuriâ, qui eadem Iura integra retinet, quæ haberet, si ante factam collationem bonorum possessio fuerit repudiata, nec jure queritur ex eo, quod ex collatione lucrum forsan aliquod sentire potuisset, quod amittit repudiata ab emancipato bonorum possessione; nam Prætor hoc Edicto non id agit, ut lucrum sui hæredibus adferat, sed ut damnum resarciat; generaliter enim vult beneficium suum nemini esse captivum. l. Paulus. 8. de Prætor. stipulat. quapropter competit Iudicio emancipato, quamvis per eum steterit, quominus causa sequeretur. ex Reg. tōi. in l. Si pecuniâ. §. de Condit. cau. dat. docet Anton. Fab. in Varion. ad tom. in d. l. 13. eod. tit.

Num. 6.

Nec sufficit nuda emancipati repromissio, quæ tantum sola desideratur in aliquibus, paucis tamen prætorij stipulationibus. l. 1. §. Stipulationum. §. cum seqq. de Prætor. stipulat. Nam etri nomen cautionis simpliciter prolatum nudam repromissionem significet. tōi. sic intelligi in l. 3. C. de Verb. Signif. ubi tamen idonea, aut recte causa exigitur, non sufficit nuda repromissio. l. Si quo tempore. §. de Perit. heredit. l. Si mandatu. §. 9. §. 10. Mandati, nisi conveniat is, cui caveri oportet. l. 4. §. Adici. 8. de fidei comm. libert. l. 2. §. Si legatarius. 3. Quorum legat. l. 1. §. Stipulationem. §. de Verb. Sign. prout contingit in præteriti, ubi

ubi Praetor jubet, ita fieri collationem, ut recte caveatur, ut refert Ulpian. in d. l. 1. §. 2. de Collat. bon. quia ex eo infert, quod caveatur per satisfactionem oportet, et addicit ex ss. Pomponij, n. modo fidejussoribus, sed et pignori recte caveatur, q. recte cautum intelligitur, si ve personis, si ve rebus cautum sit. l. Re exigit. 6. §. 1. de Munerib. et honor. l. Habere. 188. §. 1. de Verb. signif. Cui doctrinae opponi videtur Validissimus ejusdem Ulp. tit. in l. Praetoria. 2. de Praetor. stipular. ubi pro Regula tradit, quod Praetoria satisfactiones ita fidejussores desiderant, ut nec pignori, nec pecunia, vel auxi, vel argenti depositione in vicem satisfactionis qui fungi possit: q. sentit, quod cautio de conferendo, quae ex officio Praetoris proficiuntur, n. per pignora, sed per fidejussores debet expediri. Cujac. ad Pand. in d. §. 2. respondit, Praetoria quidem satisfactiones pignora n. recipere, quia Praetor jubet satisfacere, et satisfactionis appellatione proprie n. pignorum, sed fidejussorum datio comprehenditur. l. 1. Qui satisd. cog. d. l. 4. §. 8. de fideicom. libert. d. l. 3. C. de Verb. Signif. juncti, quae tradit Donell. in l. 5. §. Satis acceptio. 2. de Verb. Oblig. n. 3. Cautioem autem de conferendo aequè pignora, ac fidejussores recipere, quia Praetor n. satisfactionem exigit, sed rectam cautionem, quo nomine proprie tam pignorum, quam fidejussorum datio significatur. Sed tunc merito inquirens, cum Praetoria stipulationes regulariter fidejussores desiderant, nec pignora admittant; cum tamen plus cautionis sit in re, quam in persona. l. Plus cautionis. 25. de Reg. Jur. §. Unde constat. 14. Inver. de Oblig. quae ex delict. nasc. Et cum stipulatio collationis ab hujusmodi Regula excipitur? Respondeo, quod et n. propter facilem pignori retentionem plus cautionis esse dicitur in re, quam in persona, alij tamen respectibus potior est fidejussoria cautio, ex qua novum rem debendi creditor consequitur, quod non leve commodum est. l. 3. §. 1. de liberat. leg. cum similib. et quia pignora saepe molestam habent custodiam, circa quem exactam diligentiam creditor adhibere tenetur. l. Ca. igitur. 14. de Pignor. acc. §. 1. Inver. Quib. mod. te contrah. Oblig. et nonnunquam exactissima custodia eorum in exitum potest impedire, quae incommoda cessant in fidejussoria obligatione, ut considerant Goffred. in d. §. 2. n. 4. Donell. Omnino videndum in d. l. 5. §. 2. de Verb. Oblig. num. 3. Unde Praetor, ut creditoribus consulere, regulariter exigit satisfactionem, et pignora excludit, praetereaquam in cautione de conferendo, ubi n. satisfactionem, sed idoneam cautionem jubet interponi, ac proinde tam pignora, quam fidejussores dare permittit. Cujus exceptionis ratio ab omnibus, quos videmus, nequidem quaeritur, n. alia occurrat, quam utilitas emancipati, cui plenius prospectum est, ut sic facilius, et expedientius possit cautionem implere pignori, aut fidejussoribus datis, et quidem absque magno suorum heredum dispendio, quibus semper ad collationis securitatem idonea cautio exhibetur, nec mirum, quod hanc exceptionem extorserit benignitas, quam omnimodo expectandam esse, cum inter fratres de bonis paternis disceptatur, docet Papin. in l. 8. de Collat. bonorum =

Quamvis autem Edictum de cautione loquatur, tamen etiam re collatio fieri potest, ita ut emancipatus bona sua dividat cum fratribus, et quamvis n. caveat, edicto satisfaciatur ex ss. Pomponij, quam sequenti distinctione Ulpianus explicat in d. l. 1. §. 1. de Collat. bonor. aut constat inter partes, quid sit in bonis emancipati, et tunc sufficiens collatio est divisiò, aut n. constat, sed suspecta est fides emancipati, ita ut quaedam occultata, nec in commune creditum data esse dicantur, et tunc n. sufficit divisiò, sed propter incertum cautio erit interponenda. argum. eti. in l. 5. de Statulib. l. 1. C. de Procuratorib. qua ratione ex stipulatione collationis n. certam conditionem, sed actionem eo stipulatu oriri dicit Iulianus in d. l. 3. §. 5. de Collat. bonor. quia actio ex stipulatu comperit, quoties incerta res in stipulationem deducitur. priò. Inver. ubi notant Interpp. de Verb. Oblig. Ex quibus quilibet occurrere poterit argum. Antonij Fabri expressio superiori cap. n. 8. Nec solum sufficiens collatio est divisiò, ubi constat, quid sit in bonis emancipati, sed et alijs modis collatio fieri potest, qui proponuntur in d. l. 5. Sed et tantum. 12. de Collat. bonor. ubi habetur, quod si tantum ex bonis paternis emancipatus remittat, quantum suus ex collatione habere debet, satis contulit videtur, quod et traditur in l. Doti. §. Hoc tit. Unde quaeritur, an emancipatus res ipsas in specie conferre teneatur, an vero earum estimationem offerens satis contulit videatur? Et breviter respondeo cum Vinnio de Collation. cap. 16. n. 2. q. res ipsas in specie debet conferre, quia si fuerit in potestate, in paterna hereditate existerent, et in specie pro partibus hereditarijs

Num. 7

ad suos heredes pertinerent, et quia ex eo, quod bona conferre teneatur, satis intelligitur, quod invidetur
fratribus estimationem conferre non potest. ex res. tot. in l. Manifeste. d. C. de Solutione. pro. Invidetur
quib. mod. tollitur obligatio. Nec obstat tot. in d. l. 12. quem ita intelligit Vinnius, si sui heredes consenti-
ant, neque emancipationem accipere detrectent, ut probatur ex eo, quod subiungit ibi Consulatus, quod
si nomen patris debitoris emancipatus delegaverit, aut fundum, vel rem aliam dederit pro por-
tione bonorum, quam debuit conferre, satis contulisse creditur, quod quidem novum est, nisi inter
convenientes fieri non possit. Vel etiam responderi possit ex ultimo, quod tot. in d. l. 12. ita procedere, ut si
emancipatus, cum pecuniam conferre teneatur, tantam pecuniam ex ea, quae forsan fuit in ha-
reditate, remisserit, quantum debuit conferre, satis conferri intelligatur, quod quantum cum quan-
titate recte compensatur, species autem cum specie, aut quantitate compensatio non admittitur.
l. Si conveniret. ff. de Pignori. act. l. Si constat. d. C. de Compensat. quidquid contrarium teneat
Duares ad l. 1. d. de donatione. s. Solutio maritimi. Cui subicibere videtur notus Suarez de
Mendoza lib. 1. ad leg. Aquil. cap. 1. sect. 3. n. 8. Denique semper liberarius recte confertur, ve-
luti si aliquid pater filio emancipato debuerit pro portionibus, quae debent conferri, fratres
liberandi sunt. argum. tot. in d. l. 1. d. de Collat. bonor. l. 1. d. de Dot. collat. l. 2. C. hoc tit. =

N. 8.

Superest, ut de pena non conferendi dixeramus, et si-
quidem emancipatus nullo ex praefatis modis contulerit, multum refert, an per inopiam,
an per contumaciam; si per inopiam, forsan quia nec pignora possit supponere, neque
fideiussores inveniat, non statim ab eo transferenda est possessio, ut ait Paulus in d. l. 2.
s. vlt. de Collat. bonor. id est, non ideo amittit bonorum possessionem (Verbum enim Possessio in pra-
senti, non de possessione, quae facta est, accipi debet, sed de bonorum possessione, quae aliquando possessio
simpliciter solet appellari, ut in l. 8. eod. tit. et apud Ulpian. in fragm. d. tit. 28. de Possessionibus
dandi) sed subtrahendum, donec possit cavere, ita tamen ut de his, quae mora detentoria sunt fu-
tura, his, qui fuerunt in potestate, actio (quo nomine auctorem hic significari recte nota-
vit Cusac. sicuti in l. 1. d. de Usucap. et in l. 2. s. Turris. cum seqq. Pro emptore) detur, dummo-
do caveant in medium collatores, si curatum eis fuerit. d. l. 2. s. vlt. Si vero ipsi eo nomine
cautionem non praestent, curator portionis emancipati constituitur, apud quem recepta pecu-
nia ex divitiarum rerum, quae servando servari non possunt, collocatur, ut tunc emancipatus
portionem recipiat, cum contulerit. tot. sic intelligitur in d. l. 1. s. Si frater. to. de Collat. bon. l. 5. s. t.
Ut legat. nom. cav. argum. tot. in l. 1. s. Deminutio. 2o. de Vent. in pover. mirt. Nec ex eo sequer-
tatur pecunia, cuius regulariter non admittitur sequentia. l. vlt. C. de prohibet. sequentia.
pec. Sed apud curatorem collocatur, ut eam salvam faciat, et nulli ea res fraudi sit; Unde
adversus curatorem non competit actio depositi sequentaria, quae contra eum proculdubio com-
peteret, si sequenter esset. l. 5. s. t. Depositi, sed actio mandati, aut negotiorum gestorum, aut
in factum iuxta negotii qualitatem. argum. tot. in l. Si mandavero. 22. s. Si curator. to. Man-
dati, juncti, quae docet D. Laxiaregu. lib. 2. select. cap. 2. n. 9. et to =

N. 9.

Si autem emancipatus per contumaciam non con-
ferat, ita plectitur, ut ab eo transferatur possessio, et actiones ei denegentur. d. l. 1. s. to. l. Poi-
thumo. ff. Ch. tit. totaque hereditas apud suos heredes remaneat. tot. sic intelligitur in d. l. 3. in
fine princip. de Collat. bon. Nec tunc obstat tot. in d. l. 5. s. vlt. eod. tit.; ibi namque ideo eman-
cipati contumacia solum competitur, condemnatione facta quantum ea res est, quia jam cautio-
nem de conferendo praestiterat; at ubi de collatione non cavet, ad eam vixit non potest, sed
bonorum possessio amittit, quam et repudiare intelligitur. d. l. 8. eod. tit. Ex quibus Venit intelli-
gitur tot. in d. l. 1. s. Si cum duobus. ff. eod. tit. ubi si cum duobus conferre deberet emancipatus,
uni dumtaxat contulerit. Quamvis, Verum sextantis solum ei auferatur emolumentum,
an vero totius existens? Et responderet, quod si per inopiam alteri non contulerit, sextantis so-
lum actiones ei denegantur, ita tamen, ut eas recipiat praestita cautione, et ea serventur,
quae anteced. num. dixi; Quod si per contumaciam, totius existens ei denegantur actiones,
nec enim videtur cavere, qui nominibus cavet. argum. tot. in l. vlt. de in Jus. Voc. de cujus
Conci-

Conciliat. cum lq. Si servus. 9. 5. 4. Si quis cautionib. Vidend. Anton. Faber in Tacion. Hujus autem
 decisionis fundamentalis ratio ex eo pendet, nisi fallor, quod emancipatus, qui uni ex suis heredit-
 bus per contumaciam n. cavet, hoc ipso sexcentem repudiare intelligitur ex d. lq. 8. ac proinde inte-
 grum timentem amittit; nec enim potest quis ejusdem bonorum possessionis partem agnoscere, et
 partem repudiare ad instar hereditarii. lq. 1. et 2. de acquir. hered. Sed instabit. Emancipatus ind.
 5. 13. iam bonorum posses. agnovit. g. et n. contumax sit, eam repudiare n. potest. Ex reg. 101. in
 lq. 1. 5. Decretali. 8. de Succes. edict. Resp. quod dicitur, semel agnitam bonorum possessionem repu-
 diari n. posse, intelligi debere de bonorum posses. cum re, n. de ea, qua sine re agnoscitur ab eman-
 cipato ante praestitam cautionem, qua ideo potest repudiari, ut colligitur ex d. lq. 3. de Collat.
 bon. Adhuc tamen replicabi. Hoc ipso, quod emancipatus uni ex suis hereditibus cavet, saltem
 pro parte cum re bonorum possessionem agnovit: g. in solidum eam agnovisse censetur, ac per conse-
 quens eam n. poterit repudiare. Sed hinc dubio Consultus ipse respondit ind. 5. 13. q. cum non
 Videari cavisse, qui n. omnibus cavet, n. poterit cum re agnovisse bonorum possessionem intelligi.

N. 10

Vnde quaeritur, an emancipatus, qui per contumaciam
 n. cavet, et ex penitentia cautionem offert, praetium Ius recipiat? Cui dubio ind. lq. 1. 5. 10.
 in fine de Collat. bonor. Respondetur, q. Oblata postea cautione recipit praetium Ius. Quod expli-
 candum est ex eleganti decisi. Papin. in d. lq. 8. eod. tit. ubi docemur, quod si intra tempus delata
 bonorum possessionis, annum scilicet, cautionem obtulerit, licet summo Iure videatur bonorum
 possessionem repudiare, qui eju formam noluit conservare (ubi observanda est Papiniani ele-
 gantia, qui cautionem de conferendo, n. conditionem, sed formam bonorum possessionis vocavit,
 q. agnita bonorum possessionis formam, idem rem, et effectum praestat) audiendus est ex benignitate,
 qua, ubi de patris bonis inter fratres contentio intercedit, statim Iuris duritiam sapere lenire.
 convenit, ut constat ex Paris. lib. 4. Sentent. tit. 5. de Inoffic. querela. 5. filius. 6. et ex lq. 3. C.
 de Inoffic. test. junctis, quae tradit Jacob. Gothofr. in lq. 1. 5. C. Theod. de Testam. post annum vero
 voluntariam moram cautionis admittere difficultus esse concludit Papin., qui non ex eo negat
 post annum audiendum esse emancipatum, sed avertit difficultatem audiendum (quo etiam sen-
 su verbum Difficilius apud eundem Consultum in lq. 1. in prin. de Papin. accipiunt Iulius Pa-
 pius centur. 4. quart. 52. et Vultreji disceptat. cap. 11.) q. id positum e. in arbitrio, et equitate Prae-
 toris, ut docet, et explicat Cujac. lib. 3. quart. Papin. in d. lq. 8. quod ita procedit, si jam emancipa-
 tus bonorum possessionem agnovit, prout necessario supponendum e. ind. lq. 8. alias post annum,
 et n. maxime cavere paratus esset, audiendus n. esset. lq. 2. Aequum. 2. in prin. de Bonor. posses.
 secund. tab. quae suppositio probari ex ipso tit., tum quia ante agnitam bonorum posses. eman-
 cipatus contumax dicit n. ponet, cum n. ante ponet ad collationem conveniri argum. 101. in lq. Con-
 tumacia. 53. 5. 4. de Re judic. Tum etiam quia cautionem obtulisse dicitur, n. ut bonorum posses.
 agnosceret, sed ut eju beneficium exerceat, ut eam scilicet cum effectu haberet: g. jam bonorum
 posses. agnovisse supponitur, ut quamvis nulla ex hu. rationibus adducta praedocuit Gothofr.
 ibidem num. 3. qui quando licita sit Variatio, late dixerit, quod ad rem nostram n. spectat.

Quod diximus, portionem emancipati per contuma-
 ciam n. conferentis penes suos heredes remanere, n. solum obtinet, ubi excluso emancipato soli
 sui heredes inveniunt, sed et n. alius emancipatus interveniat, qui praestita cautione cum
 re bonorum posses. agnovit, ut probat singulari, et diversis tit. ind. lq. 2. 5. Si duo Emanci-
 pati. penult. de Collat. bon. ubi n. duo emancipati bonorum possessionem petierunt, et unus
 contulerit, alius per contumaciam n. contulerit, portio non conferentis extantem, qui fuit
 in potestate, accrescit, n. etiam emancipato; quia eju causa, qua fuit in potestate, actioni ei
 denegatur. Quae ratio sic Explicanda e. Emancipatus ideo a successione repellitur, quia n.
 contulit; atqui n. fratri emancipato, sed fratri in familia retento debuit conferre: g. eju
 portio soli fratri in familia retento debet accrescere, cujus causa actioni ei denegatur;
 Nam generaliter cum quai contemplatione alterius a successione removeret, successio illi ap-
 plicatur, cujus contemplatione repellitur, cujus rei elegantia sunt exempla, et suppeditant
 101. in lq. Post legatum. 5. 5. Amittere. 2. de hu. qua ut indign. et in lq. penult. C. de Legatis. docet

N. 11

Num. 12.

Bellon' de Iure accret. cap. 5. quæst. 49. per tot.

Illud denique animadvertendum est, quod si per errorem omnia collatione inter suos heredes, et emancipatum divina fuerit parerna hereditas, siquidem sine Iudice competere sui hereditibus indebiti conditio, nisi eis conferatur; quia quantum emancipatus debuit conferre, tanto minus ex bonis paternis ei sui heredes habuerunt. argum. eod. in l. Cum putarem. 36. in fin. famil. xxiic. l. Si ambo. 10. St. de Compensat.; Sin autem per officium arbitri, adhuc superest officium Iudicis, per quod peti potest, ut collatio fiat. l. Si soror. 8. C. hoc tit. argum. eod. in l. Vnde. Cod. de exor. Calcul. quia non idem impugnatur divisio ab arbitro facta, quod fieri non potest. d. l. 36. famil. xxiic. l. Post rem iudicatum. 56. de re iudic. juncti, quæ tradunt D. Sarraceno. lib. 4. select. cap. 4. ex num. 5. D. Amaya in l. 2. C. de Iure sic. lib. 10. ex num. 43. Sed minus est executio iudicati, ut docet Vinnius d. cap. 16. num. 17. sicut et exceptiones, quæ tendunt non ad impugnandam sententiam, sed ad minuendam executionem, recte post rem iudicatum opponuntur. l. Tamen. 11. juncto Fabio in ejus Ratio. ad S. Cuius Macedon. l. Cum militi. 16. St. de Compensat. l. Nennius. 44. S. Vlt. de re iudic. l. Si fidei iuror. 44. St. de fidei iuror. Donell. sub lib. 22. comment. in d. l. 44. S. Vlt. de re iudic. Pichard' in manud. ad prax. t. p. procept. 4. ex n. 25. Hæc tamen doctrina fallit, si auditus partium allegationibus circa collationem arbiter ea omnia hereditatem dividuerit; tunc enim collatio peti non potest, quia tendit ad impugnandam rem iudicatum. argum. eod. in l. Si autem. 8. S. Si quocumque. 2. de negot. gest. l. Quod in diem. 7. St. de Compensat. de quorum conciliat. cum l. Ex diverso. 11. S. Vlt. solut. matrim. Videndi Donell' ubi supra, et Petrus Barbosa in l. Matrimonium. 12. solut. matrim. ex num. 48. Tandem solum procedit, ubi per errorem divisio facta proponitur; scienter enim omnia collatio in dividenda hereditate peti ex post facto non potest. argum. eod. in l. Filia. 18. C. famil. xxiic. cuius illa verba: Si res integra est, explicanda sunt ex l. C. eod. tit. ex mente Anton. Fabri de exorib. dec. 40. error. t. n. 17. Quibus jam penitus Prætorium Edictum de Collatione bonæ illustravimus, dixerim potius, illustrare studuimus: Conatus estis vestra utilitati emancipatos boni consilio, Rationes, dum promissum de Collatione dotis, et eorum, quæ facta testamentis in legitimam impetraverat, tractatum vobis paxo, quem post transacta statuta, fecistis dabo. Verum feliciter!

Caput quartum.

De Dotis Collatione tam ex novo, quam ex veteri Iure

Num. 1.

De Collatione dotis acturus, quo clarius hanc difficultatem, minus que tætam nati tituli partem expediam, prius de filiafam, mox de emancipata, ac denique de ea, quæ nunquam in sacri patris extiterat, dixerere statui. Igitur, ut promissis stemus, filiafam. propter matrimonij favorum etiam Iure Digestorum dominij dotis, sive profecticia, à patre scilicet constituta, sive adventicia, ab extraneo nimirum data, capax est ad intra castrensium peculij, ut evincunt dixerunt eod. in l. 3. S. Exo etiam. 5. de Minorib. l. 2. St. l. Quoribus. 29. solut. matrim. l. Patris. 14. ad leg. Falcid. l. Vlt. de Dot. collat. adeo ut post obitum Patris, ne profecticia quidem dos in ejus hereditate inveniat, ut Papin' scripsit in d. l. 14. in fin. princip. ad leg. Falcid. nec veniat in iudicio familia xxiic. argum. eod. in l. Emptor. 65. St. de rei vendic. Si vero filia ad paternam successionem admitti desideret, dotem profectivam, seu adventivam fratribus in defuncti familia æque retenti ex Edicto Prætorij conferre suberit, ut probant exprem. eod. in l. in prin. et S. Si sit nepos. 2. l. Patris. 8. et d. l. Vlt. de Dot. coll. l. filia. 4. l. filia. 12. C. hoc tit. quod æquitas suggerit, quæ referre collationem convenit; Cum enim filia hoc Iure fratrum peculia adventicia, non minus quam profecticia in parerna hereditate reperiat. l. Ceterum. 13. C. famil. xxiic. merito æqualitati inducenda gratia dotis adventicia, non minus,

minus quam profectiva collatione oneratur, q̄ circa dubium procedit, si Iuri Prætorij beneficium suc-
 cessionem obtineat, vel bonorum possessionem contra tab̄ quam et olim agnoscere potuit. l. 1. de Libera.
 præterit. §. Sed hæc quidem. Si Iuris de Exhered. liberor. Vel per Unde liberor bonorum possessionem; Si
 autem neglecta bonorum posses. se paternis bonis immisceat, quamvis hoc ipso, q̄ civili Iure succe-
 dit, à Prætoria collatione sit immunus, tamen ex Testamento Divi Pij ad Ulpianum Adrianum emisso,
 cuius meminit Ulpianus in d. l. 1. in p̄d. de Collat. Dotis, ad q̄. etiã referendus est. id. in §. filiam d.
 ejusd. l. 1. ad conferendam dotem per arbitrium familiae æquæ. compellitur. Unde facile convincitur
 Anton. Faber, qui in suo Cod. tit. de Collation. definit. l. 1. existimavit, necessitatem conferendæ do-
 tis filia fam. injunctam noviter fuisse ex Leonis constitut. in l. 1. de liberor. l. 2. C. hoc tit. Refellitur etiã
 an Arnold. Vinn. qui in tract. de Collat. cap. 2. n. 5. contendit, hoc Ius non ex aliquo Prætorij edicto
 emanare, sed Divi Pij rescripto primum constitutum esse, cum tamen ex ipsa littera cod. in d. l. 1.
 conitet, filiam fam. dummodo per bonorum posses. succedat ex edicto Prætorij minus collationis dotis
 substinere, non ex Divi Pij rescripto, q̄. solum conferendæ dotis onus injunctum filia, quæ n. Prætorio,
 sed civili Iure Vssa paternis bonis se immiscuit, ne alias ejus arbitrio euet conferendi necessitatez
 eludere, et fratris collationis commodo privare.

Num. 2

Longè distat nostrum Edictum de Dotis collatione
 ab edicto de Collatione bonorum; hoc enim inter suos hæredes adinvicem congruiscit, ut dixi sup.
 cap. 1. n. 8. Illud autem, de quo in præ sentis disputamus, primum inter suos hæredes Virei exierit, ut
 jam vidimus. In eo etiã summe hæc edicta separantur, q̄. cum inauditum sit, liberor suæciti Iure
 suffultor quidquam fratribus emancipatis conferre ex edicto de Collatione bonorum, certum tamen
 est, filiam in familia defuncti patris retentam profectivam saltem dotem fratribus emancipatis
 conferre teneri, ut per varias Prudentum opinionem obtinuit referunt Imperatoris in d. l. 1. Ver.
 His etenim. C. hoc tit. Cujus rei ratio ex eo derivatur, q̄. cum filij emancipati adventitia, et pro-
 fectiva bona hoc Iure sorori in familia retenta conferant, æquum virum est, ut et filia fratri-
 bus emancipatis dotem à Patre profectam debeat conferre, et sic æqualitas inter omnes servetur.
 Sed tunc sic arguet: Filia in familia retenta nullo incommodo fratris emancipati afficit, imò
 injuriam per eorum concursum patitur: q̄. rectè stat, quod ad bona fratrum beneficium collationis
 admittatur; nec tamen ipsi dotem quamvis à Patre profectam conferre teneatur. Rursus, si
 idem dotem confert, quia emolumentum collationis à fratribus accipit: q̄. sicuti beneficium collatio-
 nis ad bona, sive profectiva, sive adventitia fratrum admittitur, sic et ipsi dotem sive profec-
 tivam, sive adventitiam conferre tenebitur; alioquin quæ æqualitas retinebitur, si fratres
 emancipati bona omnia profectiva, et adventitia conferant sorori; Soror autem eis profectivaz
 solum, n. adventitiam dotem conferat? Sed licet hæc foveam Prudentum controversia
 aniam præducunt, merito tamen obtinuit, ut filia in familia retenta fratribus capere mi-
 nuti profectivam dotem conferat, quamvis per eorum concursum injuriam experiat; nec
 enim quoad dotis collationem expectatur ratio injuriz, qua nititur Edictum de Collatione
 bonorum, sed solum attenditur ratio æqualitatis, qua, ut jam dixi, profectiva quidem dotis
 inducitur collatio, n. autem adventitia, cuius retentio compensat incommodum, quod filia
 in familia retenta irrogat emancipatorum concursu; cum enim filia Iure civili sua hæres
 patri existat, et fratres emancipati Iuri Prætorij beneficium virile bonorum patris auferant,
 profectiva dotis collatio collationem bonorum à fratribus factam compensat; et ex contrario
 retentio dotis adventitiæ compensat injuriam illam per emancipatorum concursum, et
 sic æqualitas, quæ Vnicus est scopus nostri Edicti, inter filiam in potestate retentam, et fra-
 tres emancipatos inducitur, sic ex Cusacio, quamvis n. hæc perspicuitate docet D. Zamora
 de Collationil. 3. p. n. 9. cum 3. seqq.

Num. 3

Sed adverus hanc doctrinam deumgram ex d. l. 1. C. hoc tit.
 triplex se offert difficultas; 1. ex l. Pactum 3. Ver. Dotem. et ex d. l. 1. C. h. tit. quibus expresse scrip-
 tum est, filiam in familia retentam dotem conferre debere fratribus in eadem familia constitutis: q̄.
 factio dividimus, q̄. et fratribus emancipatis dotem cogitua conferre. Secunda ex d. l. 3. et ex l.

Vni. C. Theod. Vnde liberi. Quibus a se iuris, filiam in potestate retentam ejusdem conditionis fra-
 tribus dotem à Patre susceptam conferre. q. n. recte a se iurimus, dotem etiam adventuriam ei conferre
 debere. 3a. denique ex l. Vl. C. h. tit. ubi dum generaliter bona omnia adventuria ab onere collationis
 immunita esse dicuntur, satis significatur, adventuriam dotem n. subiacere collationi in commodo. Prio-
 rem difficultatem praevidit Arnold. Vinn. de Collation. cap. 12. n. 6. qui recte respondet, in expensis Iuri-
 bus, n. idem scriptum esse, q. filia in familia retenta ejusdem conditionis fratribus dotem conferre tene-
 tur, q. emancipatis nullam dotem conferat, sed q. integri Iuris fratribus quamcunque dotem etiam ad-
 venturiam debet conferre, emancipatis autem solum profecturiam. Nec magis obstat l. 2a. nam in d.
 l. 3. idem responderetur, filiam in potestate retentam fratribus, qui in potestate similiter manserunt,
 profecturiam dotem conferre, quia ut ex principio ipsius tot. constat, solum de dote à patre profecta
 questio vertebatur; idemque proculdubio de adventuria dote responderetur, si de ea controversia inci-
 disset. Et eadem solutione intelligi. e. tot. in d. l. Vni. C. Theod. Vnde liberi, quamvis Iacob. Gothof. in
 ejus tot. Comment. existimaverit, constitutionem tot. in d. l. 4. C. h. tit. abrogatam fuisse per novam
 Arcadij, et Honorij sanctionem in d. l. Vni. Tandem nec Viget 3a. difficultas, q. tot. in d. l. Vl. quatenus
 adventuria bona in collationem n. Venie decernit, continet Ius novum à Iurino introductum, post quod
 antiquata decisione Gordiani in d. l. 4. do. adventuria ab onere collationis subducitur, ut docent
 Cusac. ad d. l. 2. C. h. tit. et lib. 3. obsev. cap. 3a. et Dionys. Gothof. ad d. l. 4. et exponit necessaria Iu-
 ri ratio; nam cum olim filia fam. idem integri Iuris fratribus quamlibet dotem conferret, quia ad
 eorum qualibet peculia admittentur, hodie autem solum ad profectura, n. adventuria peculia potest
 admitti, nec aliam, quam profecturiam dotem conferri ratio aequitatis permittit, pariter et eman-
 cipatis fratribus dotem profecturiam hodie confert, q. licet cenet ratio superiori num. exposita, profec-
 turia dotis collatio hodierno Iure pendet ex alij. principiis inferri explicandi. Vnde facile occurrit
 potest huius, qua circa tot. in d. l. 4. n. recte disputant Anton. Taber de error. deced. 4o. ex. 6. et 7.
 Giphani ad l. 13. C. hoc tit. Iacob. Gothof. in d. l. Vni. C. Theod. Vnde liberi =

N. 4.

Haec in filiafam. procedunt; emancipata autem filia suis
 haeredibus, quibus paterna haereditas auferret ex generali edicto de Collatione bonorum reliqua inter
 bona etiam dotem sive profecturiam, sive adventuriam conferre compellitur d. l. 4. Si sit negot. 2.
 Vni. Emancipata l. 2. de Dot. collat. Anton. Tab. d. deced. 4o. ex. 6. num. 2. Vinn. d. cap. 12. n. 5. q. inju-
 riam sui haeredibus infert, quae potissima est ratio generalis edicti de Collationibus, et quia et si fu-
 rit in potestate, omnem dotem ejusdem familiae fratribus conferret, ut dicebam cap. 2. n. 14. Sed post
 novam constitutionem Iustinianam in d. l. Vl. C. hoc tit. adventuriam dotem ei non confert, quidq.
 dicat Giphani in d. l. 13. ejusdem vero conditionis fratribus emancipatis, videlicet, hoc Iure emancipa-
 ta, sicut nec caetera bona, sic nec profecturiam quidem dotem conferre tenetur, ut cum iudicio ani-
 madvertit Vinnius d. Num. 5. quia sive generali edicti rationem expectemus, emancipata nullam
 emancipatis aequè fratribus irrogat injuriam, et generaliter inter emancipatos cenet collatio. l. pen.
 C. hoc tit. sive speciale edictum de dotis collatione attendamus, q. aequalitatem inter liberos cui-
 todiri videtur, emancipata nullum collationis emolumentum à fratribus accipit, quae nec profecti-
 uria, nec adventuria bona ei conferunt, et sic aequalitatis ratio potius excludit, quam includit do-
 tis etiam profecturiae collationem; quapropter quamvis filiafam. contra Regulae generalis edicti
 ob solam aequalitatis rationem dotem profecturiam emancipatis fratribus conferat, emancipata
 nec ex generali, nec ex speciali edicto dotem quamvis profecturiam ejusdem conditionis fratribus
 confert, quam rationem etiam optime praevidisset Anton. Taber d. ex. 6. deceptus tamen auctoritate
 tot. in d. l. 4. C. h. tit. quam n. de filiafam. sed de emancipata contendit accipiendam, sentit filiam
 emancipatam dotem profecturiam emancipatis fratribus conferre debere levissimo fundamento duci-
 tur, quod refellere nullius opera esset =

N. 5.

Iam Videamus de filia, quae nunquam fuit in potestate, velu-
 ti quae ad matrem, vel avi materni successionem admittitur, haec quidem fratribus, qui pariter in
 potestate matris, vel avi materni esse n. potuerunt. ex regula tot. in l. 4. S. ad testam. 2. de Bonor. possid.
 contrab. S. femina. to. Init. de adoptio. S. Caeteri. 3. Init. de hered. qualib. et differ. ad eandem her-
 reditatem admitti nullam dotem iure confert, ad instar emancipatae, quae cum emancipatis
 similiter fratribus ad paternam successionem concurrat, n. ex generali edicto de Collationibus,

Quod cum ex injuria pendeat, cessat inter eos, qui nunquam fuerunt in potestate, ut potest quae se invicem nullo incommodo afficiunt, nec ex edicto de Doti collatione, cuius aequitati non congruit, imò repugnat, ut filia fratribus, quibus nulla bona conferunt, dotem aliquam conferre cogatur; manibus autem hoc Ius Vigue ad tempora Imperatoris Leonis, qui ut omnibus liberis aequa lance, parique modo pro-
 pteret in l. Vt liberi. ff. Hoc tit. contra praesentem Iuris observationem noviter statuit, ut inter liberos, sive in potestate constitutos, sive sui Iuris, emancipatos scilicet, aut qui in potestate esse non potuerunt, in dividendis rebus ab intestato defunctorum parentum dos ex substantia eorum profecta conferatur, cuius constitutioni auctoritate nihil circa filiam sum immutatur, quae etiam post tempora Leonis ejusdem familiae fratribus omnem dotem conferret Vigue ad novam Iustini-
 nianam sanctionem in d. l. Vt. Hoc tit. quamvis contrarium sine ratione tenent Gilkenius in d. l. V. n. 4. in eo igitur nova est Leonis constitutio, prout appellatur in l. Quoniam novella. 29. C. de Inoffic. testam. q. emancipatam filiam ejusdem conditionis fratribus, et filiam ad matremque hereditatem admittam fratribus dotem ex parentum patrimonio profectam (quae non abradit pro-
 fectitia dicitur. l. S. Si pater. ff. de Iure dot. quamvis alias profectitia dos solum dicitur, quae a parentibus, in quorum potestate sunt liberi, profectitur. l. Unica. S. Accedit. ff. de Testam. C. de Ver. Vox. acc.) conferre jubet, cum tamen olim nec inter liberos matris succedentes, q. omnes fatentur, nec inter emancipatos adinvicem, in quo fallitur Cusac. ad d. l. 2. et in d. l. 4. daretur profectitia dos collatio, ut jam fundavi, nec eo autem Iuris ratio non alia est, quam quae tradi-
 tur in ipso ritu, aequalitas nimirum, ut liberi ex aequalibus partibus intestatorum parentum bona partiantur, prout aequitas exigit. l. Si major. l. C. Communi divid.

Num. 6.

Rursum et Ius novum continet rōi. in d. l. 4. quatenus statuit, donationem ante nuptias ab eo parente profectam, de cuius successione tra-
 ctatur inter cuiuscunque successionis liberos, confexi. Quod ut intelligatur, sciendum est, olim de Co-
 llatione donationis ante nuptias nec quaxi quidem potuimus; mea enim, et irrevocabili liberali-
 tas censebatur, non ob causam facta, ad instar ceterarum donationum, quae ex mea liberalitate
 proficiunt, adeo ut, nec nuptijs non secuti, nec soluto matrimonio ad donatorem revertere-
 tur. l. Si ante matrimonium. ff. cum pluribus segg. C. de Donat. ante nupt. donec Constantinus in l. 4.
 Cum veterum. ff. C. eod. tit. quae est lex 2. de Spon. lib. in Cod. Theod. cavet, ut ante nuptias donatio
 tacitam in se habeat futurarum nuptiarum conditionem, non quidem inevitabilem, sed revolvibilem,
 tum quia propter spem nuptiarum facta praesumitur, tum etiam ut repudiorum levitas coarctetur,
 docent praeter Insuper. m. Interp. ad d. 5. Et et aliud. 3. Inve. de Donat. plures Respon. D. Retti de
 Donat. cap. 22. n. 2. et Jacob. Gochofz. ad d. l. 2. C. Theod. de Spon. lib. donatioque ante nuptias est, velu-
 ti dos contraria, et doti similis. l. Cum multa. 20. C. de Donat. ante nupt. et soluto matrim. ad instar
 dotis repeti potest. l. Vbi adhuc. 29. C. de Iure dot. l. Ex morte. 29. C. de Pact. convent. tam sup. dot. quam
 sup. donat. cap. Vlt. Extra. de donat. inter Vir. et Voc. et a filio etiam sum. acquirit ob favorem mari-
 monij, ut mihi probat rōi. in l. 2. C. de Bon. qua. liber. et pluribus relati docent Saxiatreg. lib. 4. Select.
 cap. 10. num. 1. et Arias de Mora lib. 3. Varias. cap. 11. n. 2. Quibus principijs praefecti, in eo etiam huius-
 modi donatio doti nunc praesertim a Leone in d. l. 4. ut inter quoscunque liberos confe-
 ratur, dummodo ex patrimonio ejus parentis, cui succedatur, profecta sit, nec intereat, an ipse fe-
 lici parentis donationem contulerint, ut per eos eadem in sponsas donatio celebratur, an vero in
 ipsas sponsas pro liberis suis, cum semper donatio liberorum nomine data intelligatur. argum.
 rōi. in l. Titio centum. ff. Titio genero. 3. de Cond. et Dem. Nec jam filia queri potest eo nomine,
 quod profectitiam dotem fratribus conferant, cum et fratres donationem ante nuptias, quam a
 parentibus acceperunt, ipsi conferre teneantur. Sin autem quaxi, cui magis doti, et donati-
 ones ante nuptias profectitia inter ejusdem conditionis liberos conferantur, quam cetera bona
 a parentibus profecta. rōi. sic intelligi. in l. Illud. 20. ff. Hoc tit. Resp. dicitur in ratione
 inde oriri, quod quamvis solus pater, qui filiam habet in potestate, eas dotare teneatur. l. Qui
 liberos. ff. de Viru. Nuptias. l. Nec mater. ff. C. de Iure dot. tamen generaliter cujuscunque parentis
 officium esse dicitur, pro his etiam liberis, qui non sunt in potestate, dotem, aut ante nuptias dona-
 tionem constituere. l. Vlt. C. de Dot. promiss. juncto Saxiatregui lib. 8. select. cap. 11. n. 16. ita ut mater
 etiam pro filia dotem constituens pietatis munus exerceat dicitur. in l. Cum v. 32. ff. Mulier. l. de
 Condit. et deb. Ceteras autem donationes dum pater in liberos confert, non patrum officium,
 sed meam liberalitatem exercet; Quapropter merito cautum est, ut doti, et ante nuptias donationes,

quæ ex patris officio descendunt, et à liberis tanquam liberis acquiruntur, conferantur; dona-
tiones autem, quæ ex sola liberalitate dimanant, et à liberis tanquam extraneis percipiuntur.
argum. tñ. in l. Agathe. C. hoc tit. collationis necessitati n. subjiciantur.

Num. 2.

Diximus quæ filia, et
quam dotem conferant, nunc videndum est, quibus dotis collationem fieri oporteat. Et quidem
si filia cum solis fratribus concurret, expedita res est; Sin autem alij præter fratres ad pa-
rentis successionem admittantur, n. omnibus, sed eis dumtaxat, quibus partem hæreditatis aufere,
dotem conferre, cuius rei exemplum exat in d. l. 5. Si sit nepos. 2. cum l. reg. de Dot. collat. Et
primum in d. 5. ubi si quis reliquerit filium, et ex altero filio jam præmortuo nepotem, et
nepotem dotatam, dicitur, quod nepos omnem dotem soli fratri collatura est, si patruus, cui nihil
aufert ex hæreditate, quia et si ipse n. admittetur ad hæreditatem, patruus tamen solum semetip-
sum haberet, quem nunc etiam integrum consequitur. Secundum in d. Sed si sit nepos. 3. quod tale est.
Qui dam reliquit filium, et ex altero prædefuncto nepotem unicam dotatam, et ex alio filio
similiter præmortuo nepotem, vel nepotem indotatam, et Respondetur, q. nepos dotatam conferre
dotem n. solum patruo, sed et patrueli, scilicet alteri nepoti, vel nepoti, quia in vivente, quæ
percipit ex hæreditate, acquirat partem eorum, quæ patruus, et patruelis avo acquirereunt.
denique exemplum subjicitur in d. Sed et si duo nepotes. 4. ubi si non duo nepotes dotata à
nemine præceat, et patruus, decidit, q. et si ex diversis filijs sint progenita, conferunt, et invi-
cem, et patruo; si vero ex eodem filio, n. patruo, sed invicem tantum conferunt; Ratio dif-
ferentis hæc est. ex mente Goffredi in d. 5. 2. nepotes ex diversis filijs procreata, dum avo
succedunt, diversi parentes representant, ad diversas portiones vocantur, et singula n. soluz
invicem, sed et patruo portionem aufertur, ac proinde n. modo invicem, sed patruo quoque do-
tem conferunt; Ex contrario nepotes ex eodem filio susceptæ unum, eundemque parentem
representant in avi successione, ad unam, eandemque portionem admittuntur, et singula n.
patruo, sed invicem partem hæreditatis aufertur, et sic invicem tantum dotem conferunt.
Quæsi tamen poterit, in quo dicitur casu comprehensus in præo. d. 5. 4. ab eo, qui decidit in
d. 5. 3. Versic. Itemque nepoti, vel nepoti ex alio? Nam in præoque solum agitur de duabus nep-
tibus ex diversis filijs procreatis, simul cum patruo ad avi hæreditatem concurreribus. quod
magnum Cujacium movit, ut in hujusmodi tñ. recitat. Versic. Itemque nepoti d. 5. 3. tanquam
superfluum delendum esse affirmaverit; Verum dicendum est, n. esse per omnia eundem casum,
qui in his 55. ventilatur: In d. 5. 3. proponitur quidem dua nepotes ex diversis filijs progenita,
una cum patruo, sed n. amba dotata, imò alia dotata, altera indotata, quod probatur ex eo, q. d.
Consultus nullum discrimen agnovit inter nepotem, et nepotem; Tum etiam q. n. respondit, q. d.
nepotes invicem etiam conferunt, prout responderet, si amba dotata essent, sed q. d. nepoti dotata
patruo, et patrueli conferre; at in d. 5. 4. Veraque nepoti ex diversis parentibus orta, dotem acce-
pere proponitur, quo sanè casu eleganter quærebatur, an Veraque soli patruo, an invicem etiam
dotem conferre teneretur? Ratio dubitandi in eo stabat, quod cum Edictum de Doti collati-
one solum æqualitatem inter liberos attendat, cessare videbatur, ubi Veraque nepoti ab avo do-
tem acceperat; sed tamen rectè decernim fuit, quod invicem etiam amba nepotes dotem con-
ferunt; q. adhuc militat Ratio Edicti, ut si forsan dores sint inæquales, ad æqualitatem be-
neficio collationis redigantur. In quibus 55. exponendis notam operam agnoscat, qui hæc
contulerit cum hi, quæ nimis late disputat D. Zamora de Collat. 3. p. n. 26. cum plurib. reg.

Num. 8.

Opponi solet huic doctrinæ difficillimus tñ. in l.
Illam marito. 19. hoc tit. ubi nepotes, aut nepotes, sive ex eodem filio, sive ex diversis, dotem,
aut propter nuptias donationem n. invicem, sed solum patruo, aut amittis, avunculis, aut
materteris conferunt. Sed ut difficultatem dissolvam, præ novam Iustiniani consuetudi-
nem, quam hic tñ. claudit, explicabo: Nepotes cujuscunque sexus, aut numeri, per virilem
sexum descendentes, ubi à patribus n. præceduntur, Iuxta suavitati nanciantur, et omni Iuse
simul cum patruo, aut amittis ad avi hæreditatem advocantur in virgines. l. 5. Si filius. de suis,
et legit. 5. Cum filius. 6. Inrat. de hæredat. quæ ab inter. defex. nepotes autem ex filia secunduz

14.

Ius civile antiquum cum avunculis, aut materteris ad avi successionem n̄ concurrunt; quia nec sunt sui, nec agnati, sed deficientibus suis, aut agnatis, à Prætorio tertio Ordine Vocanti tanquam cognati. S. Ut Inst. eod. tit. Similiter et nepotes ex filia cuiuscunque sexus cum patruis, aut avunculis, amittis, vel materteris ad avia paterna, vel materna hereditate, n̄ admittunt. d. S. Ut. Junct. S. t. Inst. de S. Co. Ophic. Ex novis tamen Principum constitutionibus hi Omnes Nepotes, ad avi materni, vel avia paterna, vel materna successionem simul cum patruis, seu et amittis, avunculis, aut materteris concurrunt cum tertie partis diminutione, ita ut minus tertie parte accipiant, quam pater, aut mater eorum auferret. l. 4. C. Theod. de legit. ha. redit. l. Si defunctus. 2. C. de Sui, et legit. d. S. Ut. Inst. de ha. red. qua ab intest. def. Ex quo Iure duplex rubrica fuit questio. Prima, Verum patruis, et amitta, avunculi, et matertera dotem, aut donationem propter nuptias à parentibus profectam filij, fratrum, aut sororum conferre teneantur? Ex videbatur n̄ teneri, eo q̄ nulla constitutio super huiusmodi collatione posita esset; Leo enim Imperator in d. l. 1. solum dotis, aut propter nuptias donationis profectivæ inter ejusdem gradus liberis collationem induxit. Hanc subtilem dubitationem spernit Iustinianus, et non Verba, sed mentem Leonis secutus, decernit, patruis, aut amittas, avunculo, seu materteras doti, aut donationis propter nuptias profectivæ collationi subjugari. Sed tunc argues ex tō in l. Si maritus. 1. C. hoc tit. Vbi Dioclet. et Maximianus, qui multi tempore ante Iustinianum vixerunt, amittæ, dotem fratris filio n̄ conferenti, hereditarias actiones denegari, secus respondere. Facilis tamen est solutio, nam amittæ in d. l. 1. dotem confert filio fratris, n̄ proprio, sed hereditario Iure, q̄ hæres optulit patri, cui amittæ conferre tenebatur. docent Cujac. in d. l. 1. Gilkenius in d. l. 1. Emman. Cora in cap. Si pater de Testam. lib. 6. 2. p. Verbo. Debita. n. 11.

Num. 9.

Secunda questio in eo est: An scilicet præfati nepotes, aut propter nuptias donationem profectivam parentibus suis, quorum vicem subeunt, datam patruis, amittis, aut materteris conferre cogantur? Ratio dubitandi ex eo oriebatur, quod præcipuales constitutiones, quæ negotiis januam ad successionem aperuerunt, nullum eis collationis incommodum influere: Nec Arcadij, et Honorij sancio in l. Nepotes. 5. C. Theod. de legit. hæred. qua nepotes ex filia procreato, dotem matris eorum datam avunculi fuisse conferre, ad patruis, amittas, aut materteras, de quibus n̄ loquebatur, extendi posse videbatur. Hac ratione parvi pensata æqualitatem attendens Iustinianus statuit, ut nepotes patruis, amittis, aut materteris, n̄ minus quam avunculis dotem, aut propter nuptias donationem parentibus suis datam conferant, ita ut commævis dotibus, aut propter nuptias donationibus cum bonis defuncti duas partes nepotes habeant ejus portioni, quæ patri, vel matri eorum, si adhuc viveret, deberetur, tertiam vero ejusdem portionis partem simul cum commævis nepotes, sicut sine ulla diminutione partem hereditariis, quam pater, vel mater eorum, si supererit, haberet, integram consequuntur. Novella. 18. cap. 4. sic et sine diminutione conferunt. Authent. Quæ tertie. C. hoc tit. Ex quibus n̄ obstat difficultas deducta ex d. l. 1. Cui respondeo, quod in ejus serie nepotes n̄ invicem, sed patruis duntaxat, aut similibus personis dotem, aut propter nuptias donationem conferunt, quia de his donibus, aut donationibus agitur, quæ n̄ ipsis nepotibus, sed parentibus eorum data, aut promissa sunt, quas idcirco non invicem, sed patruis, aut avunculis conferunt, quia parentum suorum personam representant; Unde sicuti parentes succedendo dotem, aut donationem propter nuptias fratribus, aut sororibus conferunt ex prædicta constitutione Leonis in d. l. 1. sic et nepotes eodem Iure eandem dotem, aut donationem acceperat ab avo, quam idcirco soli fratri conferat in d. l. 5. 2. et 4. de Doti. collat. Nepos dotem acceperat ab avo, quam idcirco soli fratri conferat, non ex persona patris, et q̄ parentis hæreditatem n̄ patris, sed fratris auferat, ut dixi num. 7. docet ex Accursio Cusac. in d. l. 1. 5. 2. et in d. l. 1. quem plerique sequuntur. Quod Ius etiam nunc viget post constitutionem d. l. 1. Nam Nepotes per feminæ sexum descendentes dotem, aut donationem, qua ipsi ab avo materno, aut avia paterna acceperunt, si eodem parente sint procreati, invicem tantum conferunt; æqualitatem expostulat Ratio, et huiusmodi conferatur, quibus pars hereditatis

ausertur, quidquid aequalitatis ratione n. recte pensata dicant Gilkenius ind. l. 9. num. 10.
et Virrius de Collation. cap. 12. num. 2.

N. 10.

Nunc suo ordine sequenda disceptandum de modis con-
ferenda dotis, et cum n. solum data, sed et promissa doti conferatur. l. 1. §. 1. in fin. de Dotis
collat. si quidem n. data, sed promissa sit, multum interest, an pure, an sub conditione, si sub
conditione patet, vel extraneus dotem promiserit, profectivam, seu adventivam (de eo Iure
loquor, quod obtinuit ante novas constitutiones) cautione opus est, ut tunc conferat mulier
dotem cum dotata esse ceperit d. l. 1. §. 1. Si sub conditione. de Dot. collat. Nec enim alio modo
potest conferri dos, quae nondum debetur pendente conditione; si pure doti promissa sit, siquidem
ab extraneo eiusdem modis conferatur, quibus dotem jam traditam conferri dicemus; si autem
a patre, ita conferatur, ut filia pro hereditariis portionibus fratres liberet a necessitate
praestandae dotis. l. 2. C. hoc tit. quia aequum est, in solidum de suo eam dotatam esse, ut
scribit Vlpianus ind. l. 1. §. 1. filiam. de Dot. collat. Quae doctrina ex eo difficili redditur, quod
ex promissione patris doti genero debetur, non filiae, exprimitur tōi. in l. Cum pater. 29. de Iur.
dot. adeo ut n. filia, sed genero advenis haeres soceri actio eo nomine competat. l. Si pa-
ter. 5. C. de Dot. promiss. q. filia n. potest fratres, qui n. sibi, sed marito obligati sunt, a neces-
sitate praestandae dotis liberare. Pro solutione dicendum, q. filia, quamvis doti nomine ad-
venis haeres nullam habeat actionem, potest tamen eos liberare, dummodo prius in se sus-
cipiat totam dotis obligationem, qua ipsa solum pro parte hereditaria tenebatur; sic caput
autem totam obligationem, si ex fratris obligatione integram dotem marito promiserit;
quia facta delegatione fratris a nexu obligationis omnimodo liberantur. ex reg. tōi in l.
Si scribimus. 8. §. 1. de Novat. Vel si fratribus promittat se totam dotem marito solvituram,
dummodo caveat, se fratres defensionem contra maritum agentem advenis eos ex rei-
putatu, et tunc fratres quodammodo liberari intelliguntur, quia cautio defensionis,
seu indemnitatis pro liberatione est, ut considerat Cusac. ind. l. 2. C. hoc tit. Nec
ex eo locus erit S. C. de Vellejano, quod cenat, ubi mulier prima quidem facie alienae,
revera autem suam, obligationem suscipit. l. Aliquando. 13. ad S. C. de Vellejan. prout in
praesenti, ubi filia prima facie alienam fratrum scilicet, revera autem propriam suscipit
obligationem, quia dotem promittit marito, quam pro hereditariis portionibus fratribus con-
ferre tenebatur.

Num. 11.

Si autem marito doti data sit, aliter constante, quam soluto matrimonio
conferatur; si enim adhuc conset matrimonio, n. potest recipia conferri, cum regula iure
mulier constante matrimonio nec totam dotem, nec aliquam eius portionem petere possit.
l. 2. Soluto matrim. l. 1. §. 1. C. Si doti constante matrim. solut. sit; quamvis eo praesenti ve-
rit, q. dotem fratribus conferre cogatur: Conferatur q. per remissionem, ita ut filia tanto mi-
nus auferat ex sua parte hereditatis, quantum doti nomine debuit conferre. l. Doti. 5. C.
h. tit. Nec obstat, q. doti in diem incertum solvi matrimonij debetur, et id, quod in diem
debetur, solum per cautionem conferatur. argum. tōi in l. 2. §. 1. Id quoque. 3. de Collat. bon.; nam
ut in notis terminis Paulus respondit in l. Cum post mortem. 43. §. 1. Veri. Et potest dici
de administ. tutor. mulier etiam manente matrimonio dotem habet. Iuxta Pauli S. sic
Explicanda est; Maritus olim contracto matrimonio per coemptionem rerum dotatum
quiritarium dominium acquirere bonitatis dominio penes uxorem remanente. l. Do-
talem. 6. cum seqq. solute matrim. l. 2. C. de Rei Vendic. l. Et tunc quiritarius. 19. §. 1. de Peculis.
l. Aditio. 45. de acquir. heredit. juncta Reg. quam tradit Vlpian. in fragm. tit. 19. §. 1. Si
Serrus. 16. et e converso contracto matrim. per vim dominium bonitatis in maritus
transibat ex causa dotis, et quiritarium penes uxorem remanebat. tōi. ac intelligi in l. Quam-
vis. 16. de Iure dot. l. Lucius. 2. §. 1. Idem respondit. 4. ad Municip. docet, et erudire haec anti-
qua Iuris arcana exponit notor Suarez de Mendoza lib. 4. ad l. Aquil. cap. 5. sect. 3. ex n. 2.
Nihil q. mirum, q. etiam constante matrim. dotem, cuius vel quiritarius, vel bonitatis
domi-

Dominium habebat, n̄ per cautionem, sed per remissionem mulier confere tenebatur; hodie
 vero sublati jam bonitatis, et qui utriusque dominij differentiis, quamvis maritus doti sit do-
 minus. Princip. In iur. Quib. alien. licet, vel n̄ adumbratum solum dominium habet, mulier
 autem Vera domina est. l. In Tebu. 30. C. de Iur. dot. et sic ex eadem ratione dotem confert per
 remissionem. Sed adhuc sic in iuribus: Quamvis mulier olim doti esset domina, tamen n̄ indicat
 dotem ad heredes potuit transmittere, imò si stipulatio n̄ intercessisset, mortua uxor in ma-
 trimonio, dos adventitia lucro mariti cedebat. Vlpian. in fragm. tit. 6. de Dotib. 5. Adventitia. 4.
 Cujus Iuris Vestigia exstant in l. Sed eor. 23. de Eviction. l. Si ab hominibus. 10. S. solut. ma-
 trim. l. Sed et alia. 5. de Bon. damnat. Similiter, et profectitia dos, si pater ante filiam de-
 cenerat, penes maritum remanebat, ut expressè testatur Vlpian. d. tit. 6. S. mortua. 3. Rursum
 per divortium soluto matrim. rei uxoria actio ad heredes mulieris n̄ transmittabatur,
 nisi moram in dote reddenda maritus fecisset. Vlpian. d. tit. 6. S. Post divortium. 6. tōi sic in te-
 llig. in l. Semel. 26. cum l. seq. solut. matrim. docet plures referens Illustrat. Ramo in M.S.
 ad l. Vnic. 5. maneat. 4. C. de Rei Uxor. act. n̄. 3. et 4. q. ubi n̄ intercessisset stipulatio, mulier
 dotem n̄ tenebatur conferre, quia quæ ad heredes n̄ potuit transferre, omni collationi n̄
 substat, ut dicitur cap. 2. num. 16. Cui difficultati ut satisfaciatur, in hoc iuribus et in alijs
 edicto de Collatione dotis ad edicto de Collatione bonorum separandum existimo, ita ut ex
 edicto de Collatione bonorum emancipatus ea, quæ ad heredes n̄ potuit transmittere, n̄ con-
 ferat. Ex ratione, quam præstiti d. num. 16. filia autem ex præsentis edicto dotem confert,
 quamvis eam ad heredes n̄ potuit transferre, quia edictum sola æqualitatis ratione in-
 ducitur, quæ suadet, ut omnino dos conferatur, quamvis intransmissibilis sit, ut conside-
 ranti parebit. Ex quibus facile intelligitur tōi in l. Si filia. 20. in p. famil. excic. ubi
 filia, quæ dotem debuit conferre constanter matrim. per remissionem ex d. l. 5. C. hoc tit. 6.
 per errorem coheredum ita caret. Ubi q. a marito recuperaret, pro partibus hereditarijs
solveret; et tamen ex ss. Papiniani respondet Vlp. q. quamvis constanter matrim. ipsa di-
 em suum obierit, officio arbitrari familia excic. continetur, ut dos conferatur, q. imperitia
 coheredum iurisdictionis formam mutare n̄ potuit, nec impedire collationem, q. mulier
 dotem ad heredes n̄ transmittit, q. necessitas conferenda dotis intransmissibilis, quæ
 cepit in persona filia in ejsus heredes transmittitur. ex seq. tōi in l. 14. C. hoc tit. 6. sic hinc
 tōm. accepit videtur Cusac. in d. l. Vnic. 5. Illa. 6. C. de Rei Uxor. act. circa finem.

Quod si ubi filia ad paternam successionem
 venerit, solutum jam sit matrimonium per divortium, et sic idoneus sit, se ipsa dos con-
 ferenda est; si vero maritus n̄ sit solvendo Iureffrum. n̄ integram dotem mulier confe-
 rere teneatur, sed quod ad eam potest pervenire, id est, quod facere maritus potest. l. 5. quod
 si jam factum. 6. tōi. sic intelligit in l. 2. de Dot. collat. q. maritus n̄ in solidum, sed quate-
 nus facere potest, condemnatur. l. Maritum. 12. Solutio matrim. Quæ distinctio nec locum
 habebat soluto matrim. per mortem mariti, ut indicat Vlp. in d. l. 5. 6. q. hares mariti
 n̄ paretur exceptione, sed in solidum condemnatur. d. l. 12. cum l. seq. soluto matrim.
 l. Nec maritus. 8. C. hoc tit. 6. nec hodie no Iure inspecto omnimodò servatur adhuc
 soluto matrim. per divortium post Novellam. 97. cap. 6. ex qua derumpitur est. Auth. Quod
 locum. C. h. tit. 6. ubi sequentem distinctionem adhibet Iuribus aut mulieri potest impu-
 tati, cum dotem a marito constanter matrim. n̄ exegerit, et tunc integram dotem con-
 ferri oportet, quamvis maritus solvendo n̄ sit, aut nihil ei potest imputari, et tunc id
 solum, quod maritus facere potest, conferendum est; imputari autem potest mulieri his casi-
 bus, quibus potuit constanter matrimonio dotem perire marito ad inopiam vergente; pri-
 mu ille est, si mulier sui Iuris, et legitima uxoris fuerit. l. Si constanter. 24. in p. et S. 4.
 Solutio matrim. tōi. sic intelligit in l. Sed eor. 10. S. de Legat. prat. Secundus, si cum esset in
 patris potestate, patrem constanter n̄ sit, ut ei dotem exigenti consentiret; Pro cuius inte-
 lligentia sciendum est, quod olim profectitiam dotem Pater ex voluntate filia peribat
 circa controversiam. l. 2. S. Solutio matrim. l. filia. 7. l. Si socero. 10. C. eod. tit. 6. Idemque Iuris erat

N. 12

in adventicia dote in Verborum SS, quam expressè firmat Vlpianus d. tit. 6. S. Divortio 5. et tunc in
 Morhom. lib. 9. observ. cap. 2. et Anton. Faber lib. 13. Conject. cap. 5. et 6. hodie autem Veramque dorem filia
 consentiente Patre exigere potest, ut dicitur in d. Novella 9. cap. 6. et probari ex l. 1. §. 5. Vbi autem 3. C.
 de Bon. qua liber. Tertius casus est, si magnam dorem etiam consentiente Patre non petierit; magnam
 enim dorem ex prædicta Novella Patris Voluntate petere potest; nec magnam dorem intelligo cum
 Cujacio in d. Novella 9. quæ est centum librarum auri, sed quæ superat portionem, quæ ex paterna
 hereditate speratur, sive magna, sive exigua sit, quam idcirco filia etiam dissentiente Patre potest
 exigere, ne alias præsens sentiat damnum, et irreparabile ex spe futura collationis, cum heredi-
 taria portio ex boni patris competitiva minor sit dote, ut subtiliter ex Verbo ipsius Novellæ
 competunt Anton. Faber d. lib. 13. Conject. cap. 7. et ferè præsensit Alciatus lib. 4. Parerg. cap. 8. immensio
 reprehensus à Cujacio in recitat. ad d. l. 1. §. 5. Cum dos. de Dot. collat. Quartus denique casus est, si pa-
 ter longius abiret, vel ejus persona vitii sit, et suspecta; tunc enim filia etiam inrequiritur ejus
 Voluntate rectè dorem petere. l. filius. §. 1. in præ. Veri. Sed præ. de Procurat. l. Si cum dorem.
 22. §. nec non 6. Solut. matrim. hi omnibus casibus mulier, quæ dorem, quam exigere potest,
 non exigit, non inanem actionem adversus maritum, qui solvendo non est, sed integram dorem
 confert; ex ea enim Verò, cum nihil ei potest impetrari, ut potest quæ dorem exigere non potuerit,
 id tantum, quod facere maritus potest, sed actionem, quantumvis inanem confertis integram
 hereditariam portionem capit, et tunc solum hodie procedit sententia Vlpiani in d. §. 6.

N. 13

In eo etiam differt Collatio dotis, quæ fit constan-
 te matrim. à Collatione, quæ soluto matrim. expeditur, quod constante matrim. fructus rerum
 dotalium non conferuntur, ut advertit Vinn. de Collation. cap. 16. n. 10. q. fructus ex dote percepti
 non sunt dotis, sed marito cedunt propter onera matrimonij. l. Dotis. 2. de Iur. dot. l. Pro on-
 ribus. 20. C. eod. tit.; soluto autem matrim. fructus, qui ex tunc pertinent ad mulierem. l. fructus.
 7. in præ. et §. cum 2. seqq. soluto matrim. conferuntur, ut indicat Papius in l. filius. §. 5. S. de Dot.
 Collat. nec fructus solum, sed et Virga conferuntur, cum hæc tamen differat, q. fructus omnino-
 do conferuntur, sive mora intercesserit, sive non, Virga autem ita demum sicut conferenda,
 si filia soluto matrim. moram collationi fecerit, ut scribit Papius in d. l. 5. S. ubi concisè
 de more triplicem hujus doctrinæ variationem assignat. Nam ex eo, q. cum collatio fiat boni viri
 arbitrarij, seu ex bona fide. l. 2. §. 2. l. 5. S. de Collat. bon. sapit naturam judiciorum bona
 fidei, in quibus fructus veniunt indistinctè. l. Julianus. 13. §. Si fructibus. 10. de action. empti;
 Virga autem ex mora, quæ per incompellationem extrajudicalem committitur. l. Moram. 32.
 §. In bona fidei. 2. de Virgi. cum similib. Accedit, quod collatio fit officio arbitri famil. dicitur.
 d. l. 2. in præ. famil. dicitur. d. l. 1. in præ. de Dot. collat. judicium autem familie dicitur bona
 fidei est. §. Actionum. 28. Inrat. de action. l. Inter coheredes. 44. §. fructus. 3. l. Non solum. 56. fam.
 dicitur. l. Non est ambigendum. 6. C. eod. tit. Sarratregui. 3. select. cap. 6. en. n. 2. Secundam
 variationem ex eo derivat, quod emancipatus frater etiam fructus conferat, quam non explicat
 notat Richardus in d. §. 28. Inrat. de action. quare. 8. num. 30. quare dicit Conrueus, quod cum
 emancipatus filius sorori in familia reverte fructus conferre teneatur, et qualitate
 servanda causa sorori ei profectiva dotis Virgas ex tempore moræ conjunctæ conferre argum.
 tpi. in l. Curabit. 5. C. de action. empti. Hæc tamen explicatio ex eo duplicet, q. si vera esset,
 tunc solum filia ex mora Virgas dotis conferret, cum emolumentum collationis à fratre
 perciperet, cum tamen vel sola ratio efficiat, ut semper ex tempore moræ Virgas con-
 ferat. Quare ex mente Cujacii lib. 5. respon. Papius in d. l. 5. S. de Dot. collat. quem non rectè
 pro sua opinione laudat Richardus, mens Papiusiani sic explicanda est, ex edicto de Collat.
 bonorum emancipatus fructus conferat non alia ratione, nisi quia collatio fit ex bona
 fide. præ. edicto de dotis collatione filia ex tempore moræ Virgas, quæ vicem fructuum
 obtinent. l. Virgas. 24. de Virgi, conferre teneatur, q. dotis etiam collatio fit arbitrarij boni
 viri. Nam denique variationem ex eo deducit Papius, q. filia patris sui fructus percipiat; quæ
 rejecto Papiusiano hanc vim habet: Filia dorem confert propter hereditariam portionem,

quam capere ex bonis paternis; sed eius portioni hereditaria iudicio familiae exci-
fructus percipit: g. et fructus, et ex quo moram committit, Vixas quoque dori conferre tenetur.
ex regula xvi. in d. l. 3. S. Veniunt. 2o. de action. emp. l. 5. C. cod. tit.

N. 14.

Illud quidem aequè reserva-
tur in dori collatione, siue conuentione, siue soluto matrimonio fiat, q. cum dori conferatur, necessa-
riarum impensarum fit detraction, ceterarum n. ut insolita breuitate responderi vult in d. l. 5.
Cum dori. S. de Dot. collat. Cujus s. s. facilem habet rationem quoad necessarias impensas, quae ideo
ex dote, qua confertur, detrahuntur, quia eam ipso Iure minuunt. l. 1. S. In necessarijs. 2. l. 2.
dicitur. S. de Impens. in res dot. l. 1. S. Impensa. 1. l. 2. l. 3. Dote. 1. de Dote. preleg. pluribus relati ex-
dite docet Commagister quondam noster D. D. Ioannes Fern. de Henetioia in Academi-
diuert. de Impens. in res dot. fact. sect. 2. per totam, nec minus expedire e. quoad Volunta-
rias impensas, quae ex contrario ex dote conferenda n. deducuntur, quia nec dotem minu-
unt, nec aliqua actione a marito exigere possunt, quamvis ex Vxorij Voluntate facta. l. In Vo-
luntarijs. 11. de Impens. in res dot. fact. ubi vidend. D. D. Laurent. Santos de San Pedro in suis
ad Aristonem Commentarijs; Quoad Vitales tamen impensas summe difficile est, q. licet per
eas dori n. minuantur, diuersimodi autem pro earum consecutione marito conuulsiua,
Iure enim s. s. siquidem Vxorij Voluntas interueniet, exactio marito concedebatur. l. Vo-
luntaria. 7. S. t. cum l. 3. de Impens. in res dot. hodie autem deductione sublata interueniente
Vxorij Voluntate, mandari, et ea deficiente, negotiorum gestorum actio marito tribuitur. l.
Vnic. S. Tacet. S. Vexi. Sed nec ob impensas. C. de rei Vxor. act. late explicat D. Henetioia
ubi nuper sect. 4. per tot. g. mulier utiles impensas, quas marito refundere tenetur ex dote,
quam confert, deducere poterit, cum certum in Iure sit, collationem fieri deducto aie ali-
eno. l. 2. S. t. de Collat. bon. Sed quamvis haec difficultas n. nullis antiquioribus coegerit, ut asere-
rent, inter inutilis, et necessarias impensas in proportio nullum esse discrimen, quorum opi-
nio ex ipsa tota littera convincitur, Omnia, quae tradunt Barthol. et Cusac. in d. l. 5. S. dicendum
e, Vlpianum ubi discrimen quidem inter necessarias, et vitales impensas constituit, n. autem
in eo, q. utiles ad differentiam necessariorum n. deducantur, sed in eo potius, q. necessarias ex
dote omnimodo detrahuntur, n. ex alijs bonis paraphernis; Vitales autem n. solum ex dote, sed ex
reliqui bonis deducuntur. Cuius differentiae ratio elegans est, Impensa necessaria dotem ipso
Iure minuunt, et sic minorem efficiunt a dote Vxorij culpa: g. mulier dotem solum, qua super-
est, deductis necessarijs impensis confert, ac proinde impensas solum ex dote deducit, Vitales
vero dotem n. minuunt, quamvis ab Vxorij debeantur, quapropter ex omnibus bonis pro rata
detrahuntur. argum. xvi. in l. Titius. 51. ad Trebell. junctis qua d. i. cap. 2. n. 34. Unde minus
confert mulier propter impensas necessarias, quas solum ex dote deducit, quam propter utiles,
quas n. modo ex dote, sed ex alijs bonis detrahit, sic docet, quamvis non sic se expediat subtili-
simus Goffredus in d. S. S. Sed dicit, hanc interpretationem esse contra mentem, et litteram Vlpia-
ni, qui utiles impensas a Voluntarijs n. recernit, sed propter necessarias ceteras detrahendas
non esse responder. g. cum Voluntaria nec ex dote, nec ex ceteris bonis detrahantur, idem Ius
in Vitilibus debet observari. Respondendum tamen e, ideo Vlpianum utiles impensas cum Vo-
luntarijs conjungere, quia a necessarijs in eo distinguantur, quod cum necessaria ex dote solum
deducantur, caetera n. omnimodo ex dote detrahuntur, sed Voluntaria nec ex dote, nec ex alijs
bonis, Vitales vero n. tantum ex dote, sed ex caeteris bonis pro rata detrahuntur.

Num. 15.

Sed et illud Vixique Collationi dori commune
est, q. fieri debet pro hereditarijs portionibus, ita ut filia suam etiam personam numeret in
partibus faciendis. l. 1. S. Vlt. Vexi. Dori. de Collat. bonor. et siquidem una tantum dotem conferat,
tantum in ratione quotae partis conferre teneatur, quantum ex paternis bonis auferit; si vero
pluribus conferat, plus in ratione quantitatis debeat conferre, quam auferit ex paterna hereditate,
ut innuitur in d. l. 5. Vlt. et in d. l. 5. 8. de Dot. collat. et in d. l. 2. C. hoc tit. Cujus differentia ratio
deumenda erit ex his, qua circa portiones faciendae collationi bonorum late disputari cap. 2.

Ex Num. 32; Omnia enim, quae in hac re circa collationem bonorum servantur, fieri in dotis collatione procedunt. Divi fere, quia in proposito in eo differt dotis collatio à Collatione bonorum, quod plures emancipari indistincte quoad collationem bonorum unius persona vicem funguntur, ex eo q. sibi invicem conferre n. possunt, ut divi d. cap. 2. num. 33. et 34. plures autem filia, vel nepotes dotem conferentes n. unius persona vicem substituent, quia et sibi invicem conferunt. d. l. 1. §. 2. et 4. de Dot. collat. nisi forsitan nepotes dotem paternis suis datam, aut promissam conferant. l. 1. in d. l. 19. C. h. tit. quae omnia jam explicavi supra hoc cap. num. 1. cum 2. seqq. =

N. 16.

Superior, ut casus, quibus filia non videtur ad dotis collationem, discutiamus, et siquidem si se paterna hereditate abstinuerit, fratribus dotem conferre n. cogitur, ut Divum Marcum Testimonium Refert Triphonian. in l. 1. §. 2. de Dot. collat. quia quamvis post abtensionem haeres adhuc maneat secundum Ius civile; Iuris tamen Praetorij beneficio haereditas conceptum amittit, et ratio aequitatis n. patitur, ut quae nullum emolumentum paterna hereditatis acquirit, dotis collatione praegravetur. Ex qua doctrina inferit Consulibus, q. n. solum data doti apud maritum remanebit, sed et promissa exigeretur etiam a fratribus, q. xris alieni locum subit, ut potè quae à bonis patris abtinetur; nec ex eo docet à contrario sensu, q. si doti marito data conferenda foret, apud maritum n. remaneret, cum certum sit, contrante matrimonij mulierem dotem exipere n. posse, et n. maxime eam conferre tenebatur, et cogatur ex d. l. 5. C. h. tit. Sed innuit, quod ubi filia se abtinet ab hereditate, doti data integra remanebit apud maritum, quia si conferenda foret, n. integra apud maritum remanere intelligeretur, cum filia tanto minus ex patris bonis emer ablatum, quantum doti nomine conferre teneretur; Nec solum filia se abtinentis à paterna hereditate eximitur à dotis collatione, sed et n. hereditati se immiscuerit, n. semper onere collationis adstringitur; Iura enim suam profectura doti ita demum conferatur, si pater eam sibi stipulatus non fuerit. l. 1. §. 5. Quod nobis Reciproco 12. C. de Rei Vxor. act. q. n. ex eo proveniebat, q. actio ex stipulatu stricti Iuris sit, ut Falio existimat Sighean. in d. §. 12. Nam pariter actio ex stipulatu competens mulieri, quoties vel ipsa dotem fuit stipulata, vel ipsi negotium gestum iuxta terminos l. 1. in l. penult. de Negot. gest. stricti Iuris est; et tamen mulier etiam tunc dotem debitam ex stipulatione cogitur conferre, dummodo n. sit alij quavis stipulatio d. l. 1. §. 1. de Dot. collat. Sed ex eo potius q. actio ex stipulatu patris dotis nomine acquiritur post obitum ejus n. erat praecipua filiae, sed in omnes haereses pro partibus hereditariis transmutabatur ad differentiam actionis rei Vxorae, quae mortuo patre propria filiae est, nec cum fratribus communicatur. d. l. 1. §. 5. Videamus. Et et cum collatio in id sit inventa, ut doti propria filiae fratribus communicetur, necessario cenabatur, ubi patris stipulatio praecederet, quae ipso Iure pro rata etiam ad fratres coheredes pertinebat, donec Iustitiam in d. l. 1. §. 1. cum seq. Naturam actionis Rei Vxorae actioni ex stipulatu accommodavit, adeo ut actio ex stipulatu mortuo patre solius filiae praecipua sit, nec minus conferatur doti debita ex paterna stipulatione, quam olim conferabatur, quae rei Vxorae actione debebatur =

N. 17.

Rursum filia paterno testamento haeres instituta, licet se hereditati immiscuerit, dotem fratribus conferre non tenetur. l. Theopompus. 14. de Dote proleg. l. Si filia 3. de Dot. collat. d. l. 1. §. 12. C. de Rei Vxor. act. l. filiam. 1. C. h. tit. quia pater filiam, quam ut extraneam ad hereditatem admittit. l. 1. §. 1. Pompon. 8. de Carbon. Edict. hoc ipso ab onere collationis liberare intelligitur, ut de emancipato haerede instituto dicebam supra cap. n. 16. Huc pertinet l. 1. in l. Pompon. 35. famul. d. re. ubi filia haeres instituta n. solum n. conferre dotem, sed et dotis exemplo praecipua retinet praedia, quae doti causa Patris ei tradidit, et quorum reditus genero solvi mandavit. De huius rei expone. circa alia, quae ad nothum tractatum non spectant, videndi contra Anton. Fabrum, et Schifoides. lare disputantes Saxxiat. lib. 4. Selec. cap. 10. num. 5. cum 2. seqq. et Arias de Mena 3. Variar. cap. 11. et 18. Nec solum id procedit, ubi filia ex testam. se immiscet hereditati, sed et si commisso Edicto per fratrem praetentum contra tab. bonorum patris. agnoverit, dotem n. conferat, q. adhuc nullam injuriam fratribus irrogat, sed partem, quam meruit ex iudicio patris, aufert per bonorum posses. d. l. 3. de Dot. collat. ubi quod dicitur filiam haeredem institutam commisso Edicto necesse habere contra tab. bonorum posses. accipere, n. e. accipiendum de necessitate praedicta, quae nulla hic videtur, cum filia etiam n. agnita bonorum posses. contra tab. pro parte, Ex qua

Ex qua scripta hære, fuit, à Pratore tueatur. l. Si filius. 10. de Collat. bonor. Sed de necessitate cau-
 sativa, ut maiorem utilitatem consequatur; Nam si cum pater commisso edicto contra tab. bonorum
 possen. agnosceret, ex testamento se immiscueret, aut secundum tab. bonorum possen. petijset, omnibus
 legata præstaret. l. Si duobus. 11. Veri. Quod iur. de Bonor. possen. contra tab. Si autem contra tab. bonorum
 possen. accepisset, exceptis dumtaxat personis legata præstare teneretur ex edicto de Legati præst.
 Nec locus est. Edicto Si quis. Omnis. cau. terram. quia cum filia iure suo utatur, non exteros legatarios
 fraudare, sed propria utilitati consulere intelligitur. Ex reg. iur. in l. 65. Si paronius. d. Sig. Omnis. cau.
 terram. l. Cum pater. D. S. Titio. 34. de leg. 2. Hæc autem doctrina fallit, ut adjicit Vlpian. in d. l. 3.
 Veri. Planè. Si ex minore parte filia hæres instituta agnita bonorum possen. contra tab. maiorem partem
 consequatur; tunc enim pro rata ejus partis, quam sine patris judicio percipit, dotis collatione fun-
 gitur, id est, dotem confert, ut explicat Duaren. l. disp. cap. 14. In quibus terminis intelligitur. et ali-
 as difficultati in l. 2. de Doti collat. juncti, qua dicitur. cap. 1. n. 18.

Ex quibus explicandus est. iur. in l. filius. 5. N. 18.

de Doti collat. ubi proponit Papin. q. d. pater, qui filiam dotatam in potestate habebat, et duos filios,
 alterum in potestate, emancipatum alterum, filium, et filiam in potestate existerentes, ex æquis
 partibus hæres instituat, et emancipatum præterivit, qui cum deberet petere bonorum
 possessionem contra tab., per errorem agnovit bonorum possessionem Unde liberi, quæ non competit
 ubi contra tab., vel secundum tab. bonorum possessio peti potest. l. 1. S. Ita autem. 2. Si tabul. testam.
 null. extrab. filia errorem fratris emancipati secuta non contra tab. sed Unde liberi bonorum possen.
 agnovit, alter filius vel eodem errore deceptus petiit bonorum possen. Unde liberi, ut supponit
 Cusac. lib. 5. Respons. Papin. in d. l. 5. ex eo quod alij ab alijs sæpe impellimur in eundem errorem,
 vel ex testamento se immiscuit, aut secundum tab. bonorum possen. agnovit, prout contendit
 D. Zamora de Collat. 3. p. n. 16. quod non disputo, q. ad rem nostram non conducit. Quæritur, an
 filia fratris in potestate retento conferre dotem cogatur? Et respondet Papin. q. d. dotem scripto fratri
 conferre non teneretur, q. licet ab intestato bonorum possen. agnovisset, et ea ratione doti collationi
 obnoxia reddi videretur, tamen ea bonorum possessio frustra petita fuit, et cedit pro bonorum pos-
 sion. contra tab. argum. iur. in l. 2. S. de Bonor. possen. secund. tab. Nec tamen ex eo inferat, q.
 si bonorum possessio Unde liberi non cederet pro contra tab. filia dotem fratri conferre teneretur; nam
 contrarium expresse constat ex eleganti iur. in l. Si filius. 23. Si q. omnis. cau. terram. ubi cum in ea-
h. tit. 78. quae proprii loci exponemus, alium iure, alium vero iniuste, et sic duos posse in solidum eandem rem possidere, sentit Trebatius, ut constat ex d. l. 3. §. 5. Vni. Idem Trebatius. h. tit. Cuius ss. Expresse ad stipulatur Vlpianus in l. 3. Vt possideri, ubi proponit, per se duos in solidum possidere, unum iure, alium iniuste; subiungitque, si alter ab altero n. possideat, neutrum eorum in interdicio Vt possideri Vni, quoniam Vterque possidet. Hoc ipsum a contrario sensu tacite indicant Iulianus in d. l. 19. de Precario, et Innocentius 3. in d. cap. 9. Vni. Ex praemissis de Probatione. Accedit exemplum dominij, quod si ejusdem generis sit, penes duos in solidum n. magis quam possessio esse potest d. l. 5. §. 1. §. 1. Commodari. l. 19. §. 3. Pater. 3. de Caerenni pecul. potest tamen si diversi generis sit, ut ecce nihil prohibet, ut Vni, ejusdemque rei alius bonitarius, alius qui ritarius simul obtineret, ut constat ex Vlpiano in fragment. tit. 1. de Liberti. §. In boni. 13. et tit. 19. de Dominij. §. Si servus. 16. §. 1. et poterunt duo diverso modo, alius iure, alius iniuste in solidum possidere, q. et docuimus videtur.

Paulus in d. l. 3. §. 5. hoc tit. dum ait, q. eadem possessio in solidum penes duos esse non potest, quam diceret diversa; ejusdem rei possessiones penes duos in solidum esse posse, ut post Accurium, Bartholum, Saionem, et Alciatum tenent Anton. Gomez in l. 45. Pauli n. 100. et 102. Pachin. lib. 8. Contror. cap. 16. Verum tamen est, iura, et injura possessioni concurrem admitti non posse; quia ut Trebatius impugnant ait Paulus in d. l. 3. §. 5. in summa possessioni non multum intererit, iure quia, an iniure possideat. Quod et colligitur ex l. Qui fundum. 12. quemadmodum. Servit. amitt. l. 2. Vri possidetis. Nec obstat in contrarium adducta: Nam quod in d. l. 3. Vri possidetis alium iure, alium iniure, et sic duos in solidum possidere Vlpianus proponit, non ad substantiam possessionis, sed ad incertitudinem probationis referendum est; quippe cum interdicitio non de vero, sed de facto sit questio, et inter eos interdicitum reddatur, quorum Unuiquisque suam esse possessionem intendit, merito ait Vlpianus, quod si duo in solidum possideant, id est si in solidum possidere pretendant, et propter facti ambiguitatem, apud quem vera possessio sit, ignoretur, utriusque interdicitum effectum concedatur, ut docet cum pluribus Gonzalez in d. cap. 9. de Probation. n. 19.

N. 28.

Nec contraria opinioni favent tot. in d. l. 19. de Probation. Vri in quibus idem ejusdem generis possessionem apud duos esse non posse affirmatur, quia id ad questionem ibi propositam de duobus precario contendenti bus, an iure possiderent, satis erat, non quod diversa generis possessio apud duos in solidum esse possit; nec dominij similitudo refutatur; nam res, quod quiritarium dominij a bonitario diversum omnino erat; Bonitarium etenim dicebatur, quod per naturalem actum acquiratur; quiritarium autem, quod per solam Iuris civilis subtilitatem querebatur, ut latius prosequuntur Pichard. ad leg. 12. Tabul. cap. 16. et plures congesti ab Oualdo lib. 9. Comment. Donell. cap. 14. lit. E. et sic ante novam Iustinianam constitutionem in l. Vnic. C. de nudo Iure Quirit. toll. apud alium quiritarium, apud alium bonitarium dominij existeret poterat; non idem de possessione dicendum est, que sive iusta sit, sive iniusta, naturalis semper est, quinimo et civilis possessio naturalis etiam est, adeo ut civilis sine naturali nec acquiri, nec retineri possit, ut in d. l. 3. §. 5. Nexarius. 3. h. tit. probat Oroz lib. 4. de apicib. cap. 5. n. 7. Cujus ^{am} illud expresse confirmat, q. qui precariam possidet, concedit, naturalem dumtaxat possidet in precario rogantem transeat, et tamen civilem non retinet, ut jam vidimus, q. huc abique naturali retineri non potest, unde simultaneus iusta, et iniusta possessioni concursus admittendus in Iure non est, q. utraque possessio naturalis est, et in substantia hujusmodi possessionis species inter se congerunt, quamvis quoad Iuris effectum plurimum differant, cum iusta possessio, siquidem civilis sit, civili effectui producat, quos parere iniusta possessio non potest. Ex quibus intelligo Paulum in d. l. 3. §. 5. hoc tit. qui eleganter dicit, eandem possessionem in solidum penes duos esse non posse, non ut iusta, et iniusta possessionis concursus admittatur, cum hujusmodi species in substantia diversa non sint, sed ut indicaret, Vrius, ejusdemque rei tantam possessionem penes unum, et tantam penes alium in solidum esse posse; quia lata, et stricta possessionis species diversa inter se sunt; nec tamen lata possessio penes unum existens strictam alterius impedit possidet, cum i, qui late possidet, rem alieno nomine detineat, et stricte possidenti minime certum exhibeat d. l. 18. hoc tit. Nec obstat, quod cum lata possessio iusta sit. d. l. 3. §. 8. Communi divid. cum stricta, que etiam iusta sit, concurrere non possit videtur, cum duae iustae possessiones unius, ejusdemque rei concurrere non possint d. l. 19. de Precario; Nam hujus regula in duabus solum iustis possessionibus procedit, quarum utraque stricta sit, non in duabus, quarum altera lata, et stricta altera sit. ex ratione tot. in d. l. 18. hoc titulo.

Caput 2^{um}

De modis acquirenda possessionis.

Num. 1.

Ex supra tradita Possessionis definitione, iusta eius acquirenda ratio derivatur; Nam cum possessio secundum naturam ^{am} sit detentio proprio nomine, vel alieno, n. aliter potest acquiri, quam corpore simul, et animo, ita ut nec animus absque corpore, nec magis Corpus sine animo ad acquirendam possessio^m sufficiat. l. 3. §. 1. et §. 3. et §. 6. in fine. l. Quemadmodum. §. hoc tit. l. fere. 153. de Reg. Iur. Paul. lib. 5. Sentent. tit. 2. de Vnicap. l. Licet. §. C. h. tit. §. Possidere. §. in fine. In tit. de Interdict. Hinc fere ita Vulnerata, ut capi possint, ante Realem apprehensionem possessio n. quæritur, ut contra Prebatiūm Cajus respondit in l. 5. §. 1. de acquir. rer. doman. Cujus ^{am} firmat Iustinianus in §. 13. Inst. de Verum divi. et sequitur lex. Et tit. 28. part. 3. ubi Gregori. Lopez, Anton. Gomez in l. 45. Pauli. n. 46. tot. sic intelligit. juncto ibi Giphano in l. In laqueum. §. de acquir. rer. doman. et generaliter ad acquirendam possessionem earum rerum, quæ, quia nullius in bonis sunt, primo occupanti acquiruntur, præter animum vera etiam, et realis apprehensio desideratur. l. 1. §. 1. hoc tit. cum similib. docent Oruald. ad Donell. lib. 4. Comment. cap. 10. lit. B. Amaya in l. Vnic. C. de Thesaur. lib. 10. n. 34. et 35. et plura ad præxim utilia adducunt Anton. Gomez in d. l. 45. Pauli. n. 48. 49. et 50. et Solorzano de Iure Indiar. lib. 2. cap. 6. n. 18. Ex contrario licet qui rem corporaliter detingat, si tamen animum possidendi n. habeat, n. idèò possessionem acquirat; quapropter furiosus ad instar dormientis ex animi defectu possessionem acquirere n. potest. l. 1. §. furiosus. 3. l. 18. §. 1. h. tit. quod adeo Verum è, ut nec curatori auctoritas ad acquirendam furioso possessio^m sufficiat, cum nullum iudicium sit, aut speretur, quod curatori auctoritas suppleat, ut cum pluribus tenet Oroz d. lib. 4. de apicib. cap. 11. n. 1. Pupillus autem, siquidem ejus etiam sit, ut intellectum capiat, q. meliorem suam Editionem facit, etiam sine tutori auctoritate possessionem acquirat. d. l. 1. §. 3. l. 32. §. Infans. 2. Veri. Pupillus. hoc tit. l. 4. §. Pupillus. 2. de Vnicap. Si vero Infans sit, aut Infantis proximus, ita ut nullum capiat intellectum, quamvis acquirenda possessionis sit expertus, eam tamen cum tutori auctoritate utilitatis causa potest acquirere, quasi iudicij defectum tutori auctoritas suppleat. d. l. 1. §. 3. d. l. 32. §. 2. hoc tit. tot. sic intelligit. in l. 3. C. eod. tit. juncto cum pluribus Oroz d. lib. 4. cap. 11. n. 9.

Num. 2.

Ex animi etiam defectu qui in corpore errat, possessionem n. acquirat, Veluti n. Empitor fundi Sempromiani miris fuerit per errorem a Venditore in possessionem fundi Corneliani, in eamque exit, cum tamen per errorem existimaretur seminum in fundum Sempromianum, quem emerat, ex defectu consensu, qui per errorem excluditur. l. 15. de Iuridict. Corneliani fundi possessio^m n. acquirat, nec magis Sempromiani Ex corporali apprehensionis defectu, nisi forsan in fundi solum nomine error inreccenerit. l. Si me in Vacuam. 34. in præd. hoc tit. ubi Giphano. Oroz d. lib. 4. cap. 12. num. 2. Inde etiam inferitur, incerta partis possessionem acquirere neminem posse. l. 3. §. Incertam. 2. l. Locu. 26. Veri. Incerta. hoc tit. l. 32. §. 1. de Vnicap. incertam autem possessio^m dicimus, quæ nec quantitate, nec qualitate cognoscitur, sed quantum, qualisque sit, ignoratur. l. 1. §. 1. cum l. 1. §. 1. de V. O. Veluti si quis velit possidere, quidquid alius possidet, aut quidquid Iuris in fundo habet, cum ignoret quantum, et qualem fundi partem

Si non ad dominium, sed ad possessionem referatur, quam dicit Consultus, quod licet per cessionem hereditatis omnium rerum hereditariarum dominium acquiratur, earum tamen possessio non aliter acquiratur, quam si singula in Iure cessa sint, aut alio modo ab eo, cui cessa est hereditas, apprehensa = Ex superioribus etiam facile capit interpretationem tōi. in l. 33. ad Trebell. ubi quod dicitur, re aliqua hereditaria restituta, totam hereditatem restitutam censei, non ad possessionem, sed ad ea, quae in Iure consistunt, debet referri. Gomez in d. l. 45. Pauz. num. 39. in fin. In qua re egregie fallitur Antecessor quidam, et Praceptor meus dixerunt in Academiā ad nūm. tit. cap. 3. num. 7. dum existimat, n. improbabiler dicit posse, per restitutionem alicujus rei hereditariae ceterarum etiam rerum posses. acquiri, ex eo motu, q. licet heres post additionem naturaliter solum, et n. interpretative possit rerum hereditariarum posses. acquirere. d. l. 23. hoc tit. quia nullus erat earum possessor fideicommissarius, tamen ex Voluntate heredi, ejusdemque antiquiori possessori potest interpretative possessionem acquirere, ita ut apprehensione rei restituta extensiva interpretatio denotatur ad alias rei n. restitutas, in cujus confirmationem ab argum. adducit tōi. in l. 9. 5. ult. de Iure dot. l. 2. 5. Item feras. 44. hoc tit. l. 4. 5. 6. Veric. Planē. de Vi, et Vi arm. Quae quidem opinio ferenda n. est; Ratio etenim, qua nititur, solum probat, posse fideicommissarium ex heredi Voluntate n. modo naturaliter, sed et interpretative rerum hereditariarum possessionem acquirere, quod libenter admitto; n. autem evincit, q. ex unius restitutione ad reliquas rei n. restitutas extensiva interpretatio possit denumi, quam rerum diversitas excludit ex supradictis; nec adducti ab argum. tōi. quidquam probant, cum diversos longe casus contingant statim exponendos =

N. 7.

Secundus acquirendae possessionis modus per Symbola expeditus, veluti si quis merces in horreo conditas vendiderit, simul ac claves horrei tradiderit, emptori mercium possessionem transfert. l. Clavibus. 74. de Contrah. Empt. l. 9. 5. Item. 6. de acquir. Res. domin. l. 1. 5. 2. in fine. hoc tit. l. 2. C. de Periculo, et Commod. Rei Vend. l. 1. C. de Crimin. Expilat. heredit. 5. Item si quis. 45. In tit. de Reum divi. quippe cum merces sub clavium custodia sint, traditis clavibus merces etiam tradita intelliguntur, et iusto quidem titulo procedenti, ut in dictis Iurisvis constat, strictam possessionem, et dominium simul per clavium traditionem transferri, docet Papinianus, juncto ibi Cusacio lib. 8. Responsor. ejusdem in l. 75. Patet. 2. de leg. 2. nec clave tradita sufficit, nisi in re praesenti, id est apud ipsum locum, in quo merces condita sunt, tradita proponantur, ut sic facilis sit horreum apertum, et merces apprehendendi potestas, ut ex d. l. 74. de Contrah. Empt. et d. l. 1. 5. 2. hoc tit. docent Gomez in d. l. 45. Pauz. n. 61. et cum alijs Oroz d. lib. 1. cap. 12. num. 8. et 9. Hi tamen n. leviter veniunt tōi. in l. 3. 5. 3. hoc tit. ubi qui thesaurum in fundo, quem ipse possidet, possitum scit, cum n. ante possidere dicitur, quam loco moverit, et sic naturaliter apprehendit, cum tamen thesaurus in fundo contineatur: q. nec per clavium traditionem mercium possessio transfertur. Ulterius et difficultas redditur ss. tōi. in d. l. 3. 5. 3. hoc tit. nam qui possidet continere, videtur etiam possidere contentum, ut probat tōi. in l. 9. 5. ult. de Iure dot. ubi rei, quae in domum alicujus scienti inferuntur, pro traditi habentur, et in d. l. 3. 5. 4. hoc tit. ubi qui Sylvam circumseptam, in qua feras bestias vagantur, emit, feras ideo non possidere dicitur, quia venditor eas non possidebat: q. si venditor eas possideret, emptor etiam earum possessionem acquireret ex eo solum quod sylvam possidens, feras etiam in ea contentas possidere videtur, et ab argum. tōi. in d. l. 1. 5. 6. Veric. Planē. de Vi, et Vi armata, ubi res mobiles in fundo contentae quoad causam interdicitur Unde vi pro immobilibus censentur: q. fundum possidens, hoc ipso thesaurum etiam in eo contentum possidere dicendum est =

N. 8.

Agnovit difficultatem Anton. Gomez ubi supra num. 17. et ex Antiquorum ss. respondet, q. tunc demum per clavium apprehensionem mercium acquiratur possessio, cum Veteris possessoris Voluntas intercedat, ut in Iurisvis superioribus num. adductis; thesauri autem possessio propter fundi possessionem n. acquiratur; quia nulla Veteris possessoris Voluntas potest intercedere, cum thesaurus nullus in bono sit. l. Nunquam. 34. 5. 1. de acquir. Res. dominio.

S. 39. Instit. de Res. divisi. Hæc solutio, licet veram in se contineat doctrinam, adaptari tamen n. potest terminis tñi. ind. l. 3. 5. 3. hoc tit. ubi non de eo thesaurus dicitur, cuius memoria n. stat, et qui acquirere inventori, sed de eo, cuius adhuc ita memoria prout in l. 1. ad exhibend. et alij in Iuris, ut animadvertunt Cusac, Duaxen, et Giphani. in d. l. 3. 5. 3. Quapropter dicendum e, quod licet possidens continens contentum etiam possidere videatur propter veteris possessoris voluntatem, in quibus terminis procedunt tñi. anteriori num. exponen, secundum tamen possidens non ideo thesaurum in eo contentum ante consecrationem possidere intelligitur, quia primiti Domini, ejusdemque possessoris iuxta tom in l. 4. hoc tit. Voluntas n. concurrat, qua deficiente ex fundi possessione ad thesauri in eo conditi possessionem fieri extensiva interpretatio n. debet, quæ contra veteris possessoris voluntatem nunquam inducitur, ut dixi num. 5.

Num. 9.

Textus acquirenda possessionis modus (ut alias symbolica traditionis species omittam, veluti instrumenti, in quo dominij causa continetur, traditionem l. 1. C. de Donation. aut sigilli, anullive impressionem. l. Quod si. 14. S. 1. de Percul. et Commod. Rei Vend. nisi securitatis solum causa facta proponatur tñi sic intelligi in l. 1. S. Si dolium. 2. eod. tit. de quibus videndi Gomez ubi supra num. 56. cum 2. segg. et num. 7. et 11. Co-baxxur. lib. 3. Variar. cap. 15.) per longæ, aut brevî manû fictionem tringit: Longæ manû fictio locum habet, quoties res aliquo titulo debita in conspectu est, et veteris possessoris voluntate dimittitur, cuius possessio non corpore acquiratur, ut falso cum alijs affirmat Valentia lib. 4. tract. 2. cap. 2. n. 29. Nec enim visus, quamvis sensus naturalis, et corporeus sit, ad apprehensionem possessionis ordinatur, sed animo per aspectum, qui corpori factum supplet propter antiqui possessoris voluntatem d. l. 1. S. Si iuratum. 2. l. 1. S. Si venditorem. 2. l. 5. h. tit. l. Pecuniam. 19. de Solution. ut melius sentiant per Accursum, Bartholum, et alios Antiquiores apud notitum Gomezium ubi supra num. 45. Treveler. alio referens dicitur. 2. thei. 4. et Galban. de Usu. cap. 33. n. 13. et res longa manu tradita existimatur Longa quippe manu dicitur, quæ à longinquo rem frequentia, Unde longa manu Principibus propter summam eorum potestatem tribuuntur apud Ovidium in Epistola Elena Paridi, ubi:

~ An nescis longas Regibus esse manus ~

Quæ exudite ostendit Solorzano Emblemata. 54. Brevi e converso manû fictio dicitur, quæ inutilis circumvisi virandi causa, et celebritate conjungendarum actionum ex eâ aliqua occultat, veluti si quis rem, quam alicui commodaverat, aut locaverat, aut apud eum deponerat, ei postea vendiderit, aut donaverit. Præcedens lata possessio ex Domini voluntate in strictam saltem, et statim abique ulla traditione mutatur, per fictionem brevî manû, quæ actionem unam occultat, tradendi scilicet rem Domino, a quo rursus ex novo titulo tradenda erat. l. 9. S. 1. et 2. de Public. l. 5. Vlt. de Reb. credit. l. 2. de Emption. l. 9. S. 5. l. 2. S. 1. de acquir. Res. domin. l. 3. S. Sed nisi. 2. hoc tit. 5. 44. Instit. de Res. divisi. nec rei presentia desideratur propter latam possessionem procedentem ex Domini voluntate, ut docent Cusac. lib. 4. ob-servat. cap. 3. Faber de Exorib. Pragmat. decad. 15. ex. 5. Valentia d. tract. 2. cap. 14. nisi forsan præcedens possessio citra Domini voluntatem esse acquirat, quo casu fictio brevî manû citra rem solum presentem versatur. iuxta tom. sic intelligi ex superiorum Interpretum ss. in l. Si res. 1. 1. juncta l. Anteced. de Rei Vendit. Quo etiam referendi sunt tñi. in l. 33. S. 1. Vlt. Si quis emere. de Viucap. l. 2. S. Vlt. Pro Emptore cum similibus, juncto Fabio Decad. 15. Exorib. 6. quidquid dicat d. cap. 4. n. 9.

Opponuntur tamen licet vulgari, n. vulgari res exponendi tñi. in l. 3. S. 18. hoc tit. l. 1. S. 2. l. Inficiando. 67. de furtis, in quibus deponitarius, qui deponitum inficiatur, n. prius furtum committit, aut strictam possessionem, quam rem apud se deponitam lucrifaciendi causa consecraverit: q. lata possessio solo animo abique consecratione in strictam n. mutatur. Cui difficultati post antiquiores fere omnes respondent Cusac. lib. 26. quaest. Papin. in l. 1. hoc tit. et Valentia d. lib. 4. tract. 2. cap. 2. n. 23. quibus et Antecessores nostri consentiunt, brevî manû fictionem in veteris possessoris voluntate fundari, et deponitarium, qui invito Domino furtum committere intendit, propter Regum-

Num. 10.

tem Domini Voluntate n. prius strictam possessionem nancisci, quam ex integro rem apprehen-
 derit; Mac tamen communis solutio mixto duplicat Cheri lib. t. interpret. Iur. cap. 36. qui
 docet, Depositarium solo animo furandi absque nova directione furtum committere, et strictam po-
 ssessionem acquirere, et in eam rem expressam Papini decisionem expendit in d. l. 47. hoc tit. Cui non
 recte praefati Interpretes occurrunt. Quam Cheri^{am} sic accipio: Depositarius, qui praesentem
 furandi animum habet, statim absque ulla directione furtum committit, et strictam quamvis
 iniustam possessionem acquirit, n. quidem per fictionem brevis manus, ut falso sentit Videruz Che-
 rius; quia fictiones omnes aequitate nascuntur, ut docet Faber lib. 19. Conjectur. cap. 16. et lib. 20.
 cap. 16; nulla autem aequitatis ratio pravo furandi consilio favere dici potest; sed q. stricta
 possessio corporis, et animum proprio nomine detinendi requirit; depositarius autem, qui rem
 corporaliter alieno nomine detinet, hoc ipso, quod animum mutat, et sibi possidere constituit,
 habet quidquid ad strictam possessionem acquirendam requiritur. Sed dicit: Ego et in Iuribus
 praecedenti num. adducis lata possessio solo animo, brevis manus fictione inruper habita, in
 strictam debet mutari. Resp. in praedictis Iuribus agi de acquirenda possessione, quasi a
 veteri possessione tradita, in quam rem brevis manus fictione opus est, quae actum traditionis
 occultat; at in praesenti contra veteri possessionis voluntatem latam possessionem in strictam solo
 animo absque ulla fictione mutari. Nec tunc obstat tōi in d. l. 3. §. 18. hoc tit. et in d. l. 4.
 §. 2. d. l. 67. de furtis, qui solum probant, depositarium, et si animum habeat in futurum in-
 sciendi, aut etiam si de praesenti depositum inficietur absque intercepti animo, prout in
 terminis tōi in l. 4. §. 5. Et autem 22. Depositi, et in l. 20. hoc tit. n. ideo furtum committere, q.
 absque praesenti furandi animo n. committitur, nec magis strictam, iniustamque possessionem
 acquirere, ut latius prosequitur, videndum Cheri d. lib. t. cap. 36 =

N. 11.

Alia etiam plures brevis manus fictionum species sunt
 ex superioribus facile explicanda, veluti si quis debitorum suum alteri pecuniam mutuum
 dare iusserit, per traditionem a debitore factam liberatio contingit, et mutuum contrahitur.
 l. Singularia. ff. de reb. cred. l. Qui negotia 34. Mandati. Similes casus sunt in l. 43. §. 1. de Iure
 dorum. l. 3. §. 1. cum l. 4. §. 56. de Donation. inter. Vltimus, si convenit, ut Procurator pe-
 cuniam ex causa mandati debitam tanquam mutuum retineat, statim mandati obligatio
 extinguitur, et mutuum contrahitur. d. l. 15. de reb. cred. Rursum, si i, a quo mutua pecunia
 peteretur, cum eam n. haberet, lancem petenti dederit, ut eam venderet, et pretio ex eius
 venditione redacto uteretur, per fictionem brevis manus mutuum tractum esse constat.
 ex l. Rogati. ff. de reb. cred. et ex l. 19. de Praescript. Verbis. Hi tamen acriter sentiunt Afri-
 canus in d. l. 34. Mandati, qui licet admittat, mutuum trahi per fictionem brevis manus
 in casu depositi conversi ex port facto in mutuum, et in casu delegationis factae a creditore,
 ut a debitore suo mutua pecunia peteretur; noluit tamen, fictionem hanc admittere
 in duobus ultimis casibus, pecunia scilicet exacta a Procuratore, cui mutuum eam Do-
 minus nuda conventionem concepit, et lancem tradere, ut pecunia ex eius venditione redac-
 ta mutua fieret. Huiusmodi dividuum inter Africanum in d. l. 34. et Ulpianum in dictis
 legibus ff. de reb. cred., si ex bona fide conveniendum est, nulla alia via potest redari, quam
 si dicamus cum Galvano de Usu. cap. 33. n. 19. et alijs pleribus, quos referunt, et sequuntur
 Retei lib. 2. opuscul. sect. 4. cap. 4. n. 2. et Oroz lib. 3. de Agric. cap. 8. n. 2. fictionem brevis ma-
 nus Adrianus tempore, quo floruit Africanus, Iure singulari admittam in casu depositi
 propter praecedentem latam possessionem ex Domini Voluntate, et in casu delegationis prop-
 ter debitoris traditionem creditori nomine factam, ad alios casus pecuniae a Procuratore
 exactae, et lancem vendenda tradere ab Africano, extendi n. potuisse. argum. tōi in l. 19. de
 Legib. extensam autem fuisse ab Ulpiano, qui Alexandri tempore floruit multo post
 Adrianum, vel quia maxima, qua poluit, fretus auctoritate, ex principali permisso brevis
 manus fictionem ad similes casus porrigere ausus fuit, vel quia magis ad aequitatem proclivis,
 minusque constituti Iuris tenax fuit, quam Africanus, ut laudati Interpretes observant =

Nè tamen quos fallat Donelli interpretatio in posthu-
mi commentarijs ad totum in d. l. legib. et de reb. cred. qua communiter nostri Profes-
res utuntur, ut in concordiaz redigant Vlpianuz, et Africanuz, eam præter morem meum
refellere decevi. At igitur Donellus, Vlpianum, dum mutuum contrahi admittit in ca-
sum pecuniæ à Procuratore exacte, de præsentis Procuratore loqui; Africanuz autem in eis-
dem terminis contrarius decidendum de absentis Procuratore tractare, ut constat ex ejus
littera, et brevis manus fictione, qua ad intrinsecas ceterarum fictionum, licet sit de falso, debet
tamen esse de possibili. l. Si pater. ff. de adoptione. §. Minorum. In iur. de
Adoptione in terminis solum præsentis Procuratoris locum habere, qui pecuniam Domino
reddere, et ab eo rursus mutuum accipere per rerum naturam potuerit, non autem in ter-
minis absentis Procuratoris, qui cum per rerum naturam pecuniam Domino reddere, et
ab eo iterum accipere non potuerit, nec etiam pecuniam restituere, et rursus accipere
fingi potest. Quæ differentia inter præsentem, et absentem Procuratorem fulcra non
male potest ex l. 3. ff. de Donatione. l. 4. in fine de mort. ca. donatione. ex l. falsus. ff. de
furtis, in quibus ad brevis manus fictionem inducendam, præsentis Vlpianus, et
Papin. desiderant. Rursus, nec quoad eam lancei vendenda tradita Africanuz, et Vlpianuz di-
ssensit Donellus existimat; nam Vlpianum exaudit de lancei ita vendenda tradita, ut num-
mi ex ejus venditione redacti venditor veteris; Africanum autem intelligit de lancei ita
vendenda tradita, ut in ea, non in pretio ex ejus venditione redacto mutuum convenerit, quod
ideo inutiliter contrahitur, quia in rebus solum fungibilibus convenerit. l. 2. ff. de reb. cred.
Neutra tamen ex his interpretationibus potest admitti; non prima, quia partium abien-
tia restitutionis, et iterata traditionis difficultates ducunt, non imponibilitatem
inducit. argum. elegantius ad rem totam in l. 13. de Verb. Oblig. junctis, quæ pro ejus expli-
cat. advenit eundem Donelluz ad rem aliam disputavi in academijs ad titulum de eo q.
certo loco dari oportet. cap. 1. sola autem imponibilitas, non etiam difficultas brevis manus
fictionis, sicut et ceteris fictionibus obicit. Nec Donelluz iuvant totum in d. l. 3. ff. de
Donatione. et in d. l. 4. de mort. ca. donat.; derumpti quippe sunt ex libri rescriptorum.
Papin. quo circa partium fit mentio, non quasi ad fictionem sit necessaria, sed quia ita
contigerat in facti speciebus, quas Papinianus referebat. Nec magis Donello faveret totum
in d. l. 43. ff. de furtis, ubi præsentia deleganti requiritur ad hoc, ut is furtum commi-
tat, quia improbus furandi animus in casu absentis non æque facile præsumitur. nihil
igitur refert quoad brevis manus fictionem præsentis, an absentis sit Procurator, cui exacte
contra pecuniam Domini mutuum concessit. Facilius secunda Donelli interpretatio con-
vincitur ex interno Africani contextu in d. l. 34. Mandati, ex quo constat, lancei ita
vendendam traditam fuisse, ut nummi ex ejus venditione redacti venditor veteris;
vendendam accepit, periculo futuram, quod non ita procederet, nisi lancei tra-
ditio, eo adhibito consilio, præciperet, ut pecunia ex ejus venditione redacta venditor
veteris. l. 4. aut §. in fine principij de reb. cred. Nulla igitur inter Africanuz, et Vl-
pianuz conciliationis ratio subest præter temporum diversitatem, quibus uterque
floruit, ut dixi num. præcedenti.

Emergit ex his nova, ingenique difficultas, quæ
jam diu valde me torquet, quod si quis debitorem suum alteri mutuum pecuniam
dare jussit, debitori traditione secuta per fictionem brevis manus liberatio ipso
Iure convenerit, perinde ac si debitor pecuniam creditori solvisset. d. l. 15. de reb. cred.
cum alij adducti num. 11. Et similiter si convenisset, ut Procurator pecuniam ex man-
dato debitam tanquam mutuum retineat, obligatio mandati ipso Iure extinguatur, ac
si Dominus pecuniam à Procuratore accepisset. d. l. 15. de reb. cred. Cui et illud simile est,

Nam licet res propria Domino proprie non debeatur, improprie tamen debet sæpe dicitur. S. l. Inrit. de action. Secundo dici poterit, Africanum, qui brevi manu fictionem quibus caribus suo tempore receptam ad alios similes extendere ausus n. fuit, ut dixi num. 11. nec usufructus retentioni, quæ brevi manu fictione coadjuvatur, vim traditionis exhibuisse. Secundæ difficultati deductæ ex d. l. 26. de Usu. leg. Respondeo, q. cum tota Ratio transferenda possessionis per retentionem usufructus ex eo descendat, quod qui usufructum sibi retinet, hoc ipso alterius nomine rem incipit possidere, quævis testator damnat heredem, ut fundum deducto usufructu alicui præset, n. prius fundi possessionem, et dominum legatarius acquirat, quam vel fundum Verè apprehenderit, vel inter utrumque legatarius, scilicet et heredes conveniat, ut heres usufructum sibi retineat, ut sic heres legatarius, nomine fundum incipiat possidere. Unde Paulus in d. l. 26. ad hoc ut usufructus à proprietate separaretur, et penes heredem in Ratione servituti perveniat, n. præcisè Veram fundi traditionem desiderat, sed quod heres fundi dominum deducto usufructu legatario præstiterit, q. per usufructus retentionem conventionem habitam cum legatario, n. minus quam per Veram fundi traditionem expeditur. Facilius est tertia difficultati solutio; Nam Iulianus in d. l. 56. §. 7. de V. O. expressè loquitur de fundo alieno deducto usufructu in stipulationem deducto, cuius dominum per usufructus retentionem n. magis, quam per Veram traditionem in stipulationem transferatur ex Vulgari regula t. in l. 20. de acquir. rer. dom. l. Nemo plus. §. 1. de Reg. Iur. Nec tantum obicit, q. per proprietatis retentionem usufructus statim n. constituitur; si namque, qui proprietatem retinet, cum adhuc rem proprio nomine possideat, alterius nomine possidere dici non potest, ex contrario autem qui retento usufructu rem alienat, hoc ipso sibi possidere dicitur, et proprietas nomine incipit possidere, cuius possessioni ministerium exhibere dicitur. Argum. t. in d. l. 18. hoc tit.

N. 18.

Alii etiam modi per alienum ministerium brevi manu fictione coadjuvatum possessio transferretur, veluti si quis rem vendiderit, aut donaverit, eamque ab emptore, vel donatario conduxerit, possessionem, et dominum statim abique Vera traditione in emptorem, vel donatarium transferat. l. Quædam mulier. §. de Rei vindic. quia in re propria conductio non constituit. l. 45. de Reg. Iur. l. 20. C. de Locato, et conductor eum n. strictè, sed late dumtaxat possidet, et aliena possessioni præstat ministerium, ut dixi cap. præcedenti. num. 10. strictam possessionem locatori conferunt acquirunt. l. 16. de Periculo, et commod. rei vend. faciunt etiam t. in l. 13. l. 24. §. 1. h. tit. in quibus qui rem, quam strictè possidebat, ab alio conduxit, hoc ipso strictam possessionem amittit, et late possidere incipit, id est locatori nomine, cui strictam possessionem acquirunt. docent Faber in Rationali ad t. in d. l. 22. de Rei vindic. et de errorib. decad. §. 5. error. 10. Gomez in d. l. 45. Tauri. num. 66. Cui doctrina opponi videret t. in l. 30. §. 5. hoc tit. ubi quod per Colonum defunctus possidebat, heres n. aliter possidere dicitur, quam si possidet ipse nanciat. §. Conductor strictam possidet locatori n. acquirunt, alioquin heres per Colonum abique Vera, et naturali apprehensione statim possidere inciperet, quod per eum defunctus possidebat. Nec difficultatem dissolvit, qui cum Giphaniò, et Cusaciò dixerit, id est id, quod per Colonum defunctus possidebat, n. prius heredem possidere, quam rem ipse realiter apprehenderit, quia rerum hereditariarum possessio ad differentiam dominij solo animo n. potest acquiri. ex Vulgari regula t. in l. 33. hoc tit. Nam si Vera evenit, quæ de possessione per alienum ministerium brevi manu fictione coadjuvatur transferenda hucusque diximus, heres proprio nomine, et Colonum simul corpore, seu ministerio strictam possessionem ante Veram, et realem apprehensionem statim acquireret. Quapropter ex mente Gomezij ubi n. 68. Respondendum melius est, ss. Consultet in d. l. 30. §. 5. hoc tit. ad eum carum debere res trahere, quo conductor post obitum locatori heredi nomine possidere n. vult; tunc enim heres per Colonum n. possidet. Argum. t. in l. 45. §. 1. h. tit. alioquin si conductor cum locatori heredem recognoscens, ejus nomine possidere velit, heres per conductoris ministerium strictam possessionem interpretative acquirere dicitur ex supra dictis, et Argum. t. in cap. Cum venisset. 9. de Testitut. spoliator. juncto ibi Gonzalez num. 3.

N. 19.

Possessorium denique constitutum tam ex Romano-

rum Iure, quam ex ordinaria praxi interpretativus e. transferenda possessionis modus per alienum ministerium brevi manu fictione fulcitur, veluti si quis dum rem aliquam dicitur, aut donat, instrumento super eae confecto fatetur se statim possessionem constituisse emptori, aut donatori nomine, quam rem precario rogaret, aut conduxisset; que constituti clausula in omnibus fieri instrumenti apponi consuevit, et perinde possessionis translationem operatur, ac si vera traditio intercessisset; Nam eo ipso, quod quis alieno nomine possidere constituit, ipse proprio nomine possidere desinit, alieno possidere, seu aliena possessioni ministerium incipit exhibere. d. l. 18. hoc tit. Doctore plura late divergentes Cusac. lib. 19. observ. cap. 18. Osiwald. lib. 5. Comment. Donelli cap. 10. lit. B. Gomez tom. 2. Variar. cap. 2. n. 20. et in d. l. 45. Tauzi n. 18. cum seqq. et alioi referent Oros d. lib. 4. cap. 12. num. 16. cum 2. seqq. ex quorum traditionibus ad possessionem per possessionum constitutum transferendam duo requiruntur. Primo, constituentem tempore constituti possidere opus est, alioquin possessio, qua penes constituentem non fuit, et in cuius favorem fit constitutum, acquiri non poterit ex Regula tri. in l. 20. de acquir. rer. domin. Et in re conductor, qui late solum, non etiam stricte possidet, rem conductam vendiderit, eandemque ab emptore rursus conduxerit, strictam possessionem, quam ipse non habuit, in emptorem non transferret. l. 32. S. 4. hoc tit. licet rei vendite conductio Regulariter interpretativus stricte possessioni transferenda sit modus. d. l. 11. de Rei vendic. juncti, quae dixi precedenti cap. num. 2. Ejus, in cuius gratiam fit constitutum, consensus exigitur, animus etenim substantiale est acquirenda possessionis requisitum; quapropter abienti per possessionum constitutum possessio non aliter acquiritur, quam si vel ante acquirenda possessionis animum per epistolam expresserit, et constituentem suum quodam modo Procuratorem fecerit, vel constitutum possessionis acquisitionem ratam habuerit. Argum. tri. in l. 42. S. 4. hoc tit. l. 6. S. 4. l. 2. de Precario; Hoc tamen secundum requisitum, quamvis communiter ab Interpretibus traditum, falsum videtur, et abienti per possessionum constitutum possessionem etiam ante ratificationem statim acquiri ex eo suaderi poterat, quod constitutum post perfectam jam emptio-nem statim acquiri ex eo suaderi poterat, quod constitutum post perfectam jam emptio-nem fit, quo tempore emptor, in cuius favorem fuit constitutum, animum profecto habet acquirenda possessionis; quemadmodum et Dominus, qui Procuratorem rem emendam mandavit, hoc ipso acquirenda possessionis animum habere, eamque abique novo mandato per Procuratorem acquirere dicitur. d. l. 42. S. 4. hoc tit. Verum adhuc dicendum est, inter hos casus plurimum interesse; Dominus etenim, qui Procuratori rem emendam mandavit, per eum possessionem acquirere velle satis significavit; si autem, qui rem emit, et in cuius favorem fit constitutum, animum quidem habet acquirenda possessionis; non tamen per venditorem, eundemque constituentem possessionem se acquirere velle declaravit, quod omnino ad acquirendam possessionem requiritur.

N. 20.

Circa hac tamen, quae de interpretativus acquirenda possessionis modus hactenus asserimus, nonnulla difficultates occurrunt; nam cum possessio in facto tota consistat, licet plurimum ex Iure mutuetur, ut ait Pagin. in l. Possessio. 49. h. tit. et late fundat post Valentiam lib. 4. tract. 2. cap. 2. ex n. 36. Galban. d. cap. 33. num. 16. C. de Vnicap. pro emptore. ex num. 196. sius lib. 4. interpret. cap. 16. num. 122. An in ad Rubricam. C. de Vnicap. pro emptore. ex num. 196. Sane lararia lib. singulari interpretat. cap. 21. n. 6. fictiones omnino non admittit, ut in remm. probant Vulgare, diversi tamen tri. in l. Denique. 19. Ex quib. caus. major. et in l. In bello. 5. fac. u. 2. de Captivis. g. longz, aut brevi manu fictio inter interpretativus acquirenda possessionis modis recenseri non debet. Rursus, cum fictionis ea sit natura, ut quatenus necessitas exigit, inducatur, et necessitate cessante evanescat, ut docet Faber in Pagin. tit. 2. p. 1. §. illat. 3. ad transferendam sane possessionem per conductionem a venditore factam in d. l. 11. de Rei vendic. et per Viusfructus retentionem ab eo factam, qui nudam proprietatem alienat in d. l. 28. C. de Donat. et per possessionum constitutum in d. l. 18. hoc tit. brevi manu fictio tanquam superflua non desideranda videtur; huius namque casibus conductoris Viusfructum retinenti, aut constituentis ministerium per se solum, brevi manu fictione exclusa, efficax est ad transferendam possessionem, sicuti et nudum Procuratori ministerium abique ulla fictione ad acquirendam Dominio possessionem sufficere certum est. l. 4. S. 2. d. l. 42. S. 4. hoc tit. g. faliò diximus in superioribus speciebus per alienum ministerium brevi manu fictione fulcitur possessio-nem acquiri

Quibus difficultatibus unica solutione respondendum existimo; Verum quidem est circa possessionem, tanquam in facto consistentem fictione locum habere non posse d. l. 19. Ex quibus caus. majori d. l. 12. § 2. de Captivis, et brevis manus fictionem non efficere, ut possessio acquiratur, quod per fictionem fieri non potest, sed ut ab uno in alterum legitime translata intelligatur, ut satis constabit, si per singula interpretativa acquirenda possessionis modi, in quibus brevis manus fictione locum esse docuimus, breviter discussamus. In d. 544. Instit. de Rerum divisi. cum similibus, Depositarium, qui rem apud se depositam emit, brevis manus fictione in superhabita, strictam illi possessionem acquirit, quia ubi animus mutat, et tibi possidere contrivit, habet quidquid ad strictam possessionem acquirendam exigatur; brevis autem manus fictio id solum operatur, ut possessio a Vetere possessore in depositarium legitime translata intelligatur, perinde ac si vera traditio intercessisset; fingitur quidem, Depositarium rem restituere, eamque rursus a Vetere possessore ex nova Emptionis causa accepisse, quod omne licet facti sit, fingi tamen potest, non quidem quoad possessionem, quia in facto tota ejus substantia consistit, sed quoad Iuris effectus; fictione namque omnes circa factum Versantur, facta tamen pro infectis, vel infecta pro factis, non quoad res in facto consistentes, sed quoad Iuris effectus avertunt, ut Videre est in portumanij fictione, et legi Cornelia, ut dicitur in Academi. de Vruca. cap. 4. num. 12. Brevis igitur manus fictio ad imitanda ceterarum fictionum in facto quidem Versatur, non tamen possessionis acquisitionem inducit, sed possessionem ab uno in alterum legitime translata, quod Iuris est, fingit. Idem dicendum est circa brevis manus fictionem, qua Veritur in d. l. 15. de Reb. credit. cum similibus. Similiter et in his casibus, in quibus per alienum ministerium brevis manus fictione coadjuvatum possessionem transferri supra diximus. Brevis manus fictio nec necessaria est, nec etiam maxime necessaria esset, locum haberet in ordine ad acquirendam possessionem, quia, omni fictione seclusa, recte per alienum ministerium acquiratur; sed in id solum dicitur, ut possessio ab uno in alterum legitime translata intelligatur: fingitur quidem in d. l. 11. de Rei Vindic. Venditorem Emptori rem tradidisse, eamque ex conductionis causa accepisse, et in d. l. 28. C. de Donation. eum, qui revento usufructu donavit, rem prius donationis tradidisse, eamque rursus ex usufructus causa accepisse, et in d. l. 18. hoc tit. Venditorem constituentem rem Emptori tradidisse, et ab eo mox accepisse; nulla tamen ex his fictionibus possessionis acquisitionem operatur, quia per alienum ministerium expedire, sed id solum per huiusmodi fictionem efficitur, ut possessio a Venditore, vel donante in Emptorem, vel donarium legitime translata intelligatur, quod non ad ipsam possessionem, sed ad Iuris effectus spectat, circa quos fictiones omnes Versantur =

Tota tamen nostri capitis doctrina, qua ad acquirendam possessionem, Veram, et realem apprehensionem, aut interpretativum aliquem modum desiderat, ex eo Videtur infringi, quod saepe in Iure nostro non solum abique Vera, et reali apprehensione, sed et sine ullo interpretativo modo acquiri possessionem cavetur; exempla suppeditantur tota in l. 16. de Rei Vindic. in Novella 18. cap. 10. in quibus emendatam possessionis poena esse dicitur, ut possessio in adversario ipso Iure statim per Iudicem transferatur, licet is suam esse possessionem nondum probaverit, et in l. Cum Vnu. 12. §. 16. cum l. 1. de Reb. auctorit. Iudic. possid. et in cap. 9. de Dolo, et contum. in quibus qui possessionem mitti iuris est, et vel per adversarij potentiam, vel rei impedimentum id auerit non potest, statim ipso Iure Verus possessor abique ulla apprehensione Vera, aut interpretativa constituitur, et in l. 51. Veri. Bona. de Episcopo, et Clerico ubi ejus bona, qui sanctimonialium, vel cujuscunque Ecclesiae Diaconiam Virginitatis rapuerit, in Monasterij, aut Ecclesiae dominium, et possessionem ipso Iure abique ulla apprehensione statim transire jubentur in l. Unica. Cod. Theodor. de Possessione ab eo, qui in jus provocaverit, transferri ubi gemino iudicio superatus, si iterum provocaverit, ex eo quod iudicij aleam tam saepe tentaverit, eatenus saltem pleccitur, ut rei perita possessio in adversarium iterum transferatur, et in l. 45. Pauli, qua hodie est l. 8. tit. 2. lib. Nova recopilat. in qua disponitur, ultimo majoratus possessore mortuo, civilem, et Naturalem rem majoratus possessionem abique ulla apprehensione solo legi ministerio in sequentem Vocatum statim transferri, et in l. 7. tit. 4. part. 5. qua cautum est, ut rei sub modo donata, ut post certum tempus ad alium transiret, eo adveniente, dominum, et possessio abique aliqua traditione in eum illi transferatur. Cum igitur jam pluribus casibus non modo abique Vera, et reali apprehensione, sed et sine ullo interpretativo modo acquiri possessionem Videamus, parum recte ad ejus acquisitionem Veram apprehensionem, aut interpretativam acquirendi modum exigimus =

Est hoc discrimen inter possessionem, et ejus effectus, ut possessio tanquam in facto consistens sola legi potestate abique vera, et reali apprehensione, aut interpretativo aliquo modo acquiri non possit; ipsius autem possessionis effectus, tanquam in Jure consistens legi potestati subjaceant, et per eam non modò abique vera, et reali apprehensione, sed et sine ullo interpretativo modo ex jura aliqua causa possunt acquiri, prout acquiruntur in Juribus Superiori numº expensis, in quibus possessionis appellatione non ipsam possessionem, quatenus facti est, sed ejus effectus, qui ex Jure dimanant, accipere debemus, ut docet Molina de Primogen. lib. 3. cap. 12. Gomez in d. l. 45. Tauri. n. 112. Menchaca lib. 2. illux. controversiar. cap. 57. ex n. 25. Quæ solutio ex eo potest confirmari, quod quamvis jacens hereditas capax possessionis non sit, ut dixi num. 3. et 4. effectus tamen possessionis ipsi singulari Jure tribuuntur, ita ut à defuncto captam Vocacionem possit continuare, et hæc potest aditam hereditatem ante acquisitionem possessionis captam à defuncto Vocacionem possit perficere. l. Captam. fo. l. 44. §. 3. de Vocacion. cum similibus, ut latius dixi in academ. de Vocap. cap. 1. n. 11. et 18. in hoc sensu causa scilicet pro effectu sumpta, id est possessione pro Vocacione, defuncti possessio ipso Jure ad hæredem descendere dicitur in Vulgari tñi in l. 30. eo quib. caus. majores, quem sic cum Fabio in ejus Rationali, et Cujacio lib. 3. quæst. Papin. Antecessores naveri acceperunt. Sed dices, tñi in d. l. 45. Tauri. n. de possessionis effectibus, sed de ipsa possessione accipi debere; ibi enim cavetur ultimo majoratus possessoris decedente civilem, et naturalem rerum majoratus possessionem abique ulla apprehensione sola legis potestate in sequentem Vocatum statim transferri, etiam si alter medio tempore possessionem apprehenderit; Quæ quidem decisio evincit, possessionem ipsam per legem transferri, non vero ejus effectus duntaxat, qui majoratus successor, possessionem penes alterum existente, à lege concedi non poterit, ut ab argum. probant tñi in l. 135. hoc tit. l. Possessio. fo. de Vocacion. l. 6. §. Vlt. Pro emptore, in quibus, si dum hereditas jacet, res hereditaria, quam defunctus capere Vocare, ab alio possessa sit, possessionis effectus, Vocatio, scilicet hereditati jacenti denegatur. Facile tamen responderi, naturali, et civili possessionis effectus, qui majoratus successoris tribuuntur in d. l. 45. Tauri, à possessionis effectu, quæ jacenti hereditati tribuuntur, in eo defleere, quod licet communi Jure intermedia alterius possessionis cepta à defuncto Vocacionis continuationem impediatur, intermedia tamen rerum majoratus possessio à tertio acquirita Jure non Regio omnibus effectibus destituitur, ita ut tertius nec fructus percipere, nec Vocare, nec possessionis remedijs uti possit, sicuti et naturalis obligatio pupilli, et mulieris inter cedentis effectus, quos producere obligatio naturalis solet Jure communi denegantur, ut omnes sciunt; quapropter intermedia illa possessio tanquam omnibus effectibus destituta naturalis, et civili possessionis effectu majoratus successoris tribuere non poterit, ut tradunt Molina d. lib. 3. de Primogen. cap. 12. n. 18. Menchaca d. cap. 57. num. 20. Gomez in d. l. 45. Tauri. num. 112.

Caput tertium.
De Retinenda possessione.

Mic sitere tractatione cogebatur, si Academici præcipui Verbi standum esse, novum Primarij Professoris munus supremi Senatus nemine adspirante, et Verbi præcipue flavibus faventibus (Auditoribus nobilitatim, et amantissimis) mihi nuper injunctum; Sed quia academici leges scire non est tantum Verba tenere, sed mentem, vim, et potestatem, ut de Populi Romani legibus ajebat merito Celsus in l. Scire. ff. de Legib. magis esse Verba, Cui jam diu nulli parcens labori consului) futurum existimavi deinceps jam methodicum Commentarij prosequi, quam eum pro facili alicujus rerum expositione permutare. Postquam igitur singulos acquisitionis possessionis modos exponi, de ejus retentione dicere statui, circa quam illud firmiter tenendum est, ex quo pendet, quæcunque ad hanc Juri partem spectant, scilicet possessionem, quæ non nisi corpore, et animo acquiritur, ut præcedenti cap. vidimus, jam semel acquiritam, et in esse productam solo animo etiam abique corporali facto retineri. l. 3. §. 7. et 8. Salsu. ff. l. 6. §. 1. l. 18. §. 3. l. 25. §. Vlt. l. 30. §. 5. l. 44. in prin. et 5. Vlt. cum duab. legib. seqq. hoc tit. l. 1. §. Quod Vulgo, ff. de Vi, et Vi armata. l. Licet. 4. Cod. h. tit. §. 5.

Num. 1.

Verum. Quid etiam de Interdictis. Paulus lib. 5. Sentent. tit. 20. de Vrucap. in p. Quod quidem
 Utilitatis causa receptum est; nam alioquin si id dumtaxat unusquisque possideret, quod per
 naturalem existentiam occuparet, possessionis retentio a loco possesio recedendi facultatem au-
 ferret, et sic veluti quandam speciem servitutis importaret. l. 1. §. 2. de Cond. et Dem. l. 2. de
 libero homine exhib. Giphani. in l. 3. h. tit. num. 67. Cusai. tract. 7. ad African. in l. 4. §. 1. h.
 tit. et lib. 33. quart. Papin. in d. l. 44. §. 1. ult. eod. Valentia lib. 4. Illust. tract. 2. cap. 2. n. 26. Bacho-
 vius ad Treveler. Volum. disput. et thes. 4. tit. B. Accedit, quod facilius retinemus jam quæ-
 sita, quam de novo acquirimus, ut vulgo probatur ex l. Parte fusionis. §. de huius qui sunt sui,
 vel alien. Iur. et pluribus exemplis, quibus et alia adicere facillimum erit. Confirmat
 Oroz lib. 4. de acq. lib. cap. 13. n. 8. cum duobus seqq. facilius igitur possessionis retentio, quam
 acquisitio; hæc animum simul, et corpus, illa animum dumtaxat desiderat. Aliam præ-
 terea rationem adjungit notæ Valentia ubi nupex num. 27. Possessio, inquit, animum simul,
 et corpore acquiritur: §. abique corpore solo animum retinetur. Consequentiam sic probat. Quia
 rem aliquam duabus apprehensam manibus habet, licet eam una manu dimiserit, dum
 tamen altera arreptam detinet, eam non tenere dicitur non potest: similiter §. qui corpore simul,
 et animum possessionem apprehenderit, licet corporalem apprehensionem amiserit, solo animum
 possessionem retinere dicendus est. Verum hæc notæ Antecessoris ratio ex eo dupliciter, quod si
 vera esset, probaret retineri etiam solo corpore sine animum possessionem, cum tamen certum
 Iuris principium sit, solo animum possessionem amitti, quamvis rem quam corporaliter posside-
 at. d. l. 3. §. 6. l. 11. §. 1. h. tit. de quarum conciliatione cum l. Quomodo. §. eod. seq. cap.
 addendum erit: superioris itaque duæ rationes efficiunt, ut solo animum possessio retineatur,
 quæ non minus vera, et propria est, quam quæ corpore simul, et animum acquiritur, cum
 non minus quoad retentionem possessionis animum dumtaxat, quam quoad causam acqui-
 sitionis animum simul, et corpore rei retineri dici possit, quamvis solo animum retenta po-
 sessio quæ Utilitatis causa recepta Iure consistere dicatur in toto in l. Nemo. §. C. hoc tit.
 quem sic accipiendum dicebamus cap. 1. num. 22. =

N. 2

Sed animum ad retinendam possessionem non exigitur
 ex eo probari videtur, quod furiosus, qui nec consentiri, nec dissentiri dici potest. l. 8. §. 2. de
 Optione, vel elect. legata cum vulgo retinendi possessionem animum non habet. l. 27. hoc tit. et
 tamen ante furorem acquisitionem possessionem retinet, et ante coepam Vrucapionem continuat. d.
 l. 27. hoc tit. l. 1. §. fusionis. 3. Veri. Sed in hæc. l. 44. §. 6. de Vrucap. Cuius difficultati respondent
 Valentia d. lib. 4. illust. tract. 2. cap. 6. num. 7. 8. et 9. et Oroz d. cap. 11. n. 6. et 7. quod furiosus posses-
 quam ante furorem acquirunt, retinet stricto Iure, non quia animum habeat ad retinendum,
 sed quia animum ad amittendum non habet, sine quo amitti possessio non potest. ex regula tota in l. 8.
 h. tit. cum simili lib. et utilitatis ratione, qua utitur Papin. in l. 44. §. 6. de Vrucap. sic explicat qua-
 si perpetuo furiosus dormiens sit, cum pro mortuo ferre habeatur. l. 25. §. 1. hoc tit. Dubitari pote-
 rat, an sicuti per mortem possessio interruptitur, et non commuat, sed singulari Iure coepam
 a defuncto Vrucapionem jacens hæreditas continuat, sic per supervenientem furorem possessio
 interrupteretur, et singulari dumtaxat Iure coepa ante furorem Vrucapio continuaretur;
 Utile itaque fuit, supervenienti furori causam a casu mortis separari, ut per mortem
 possessio interruptatur; supervenienti autem furori ante acquisitionem possessionem non interrupti-
 pat; Verum tamen ex animo, stricto Iure inspecto, furiosum possessionem retinere non magis posse,
 quam acquirere, cum ex se omnino sit animus, quem ad retinendam possessionem exigitur,
 et iuxta notam definitionem nulla potest esse possessio, quæ non sit detentio propria, vel alie-
 no nomine, et furiosus nec sibi, nec alij detinendi animum habeat. Nec obstat, quod etiam
 stricto Iure assensu abique animum abique animum amitti possessio non potest; id namque Verum est in
 eo, qui possessionem retinendi animum habet, non in furioso, qui tanquam ejus animi penitus ex se
 possessionis incapax est; Utilitatis tamen causa, ne scilicet animi infirmitas damnum etiam in rebus
 afferat

afferat, ut loquitur Papin. in d. l. 44. § 6. de V. u. cap. Receptum est, ut furiosus eo praesertim, quod amittendi animum non habet, ante furiosum acquisitionem retinere, et inceptam Vucapionem poterit perficere. Divinissimi profecto Pupilli casus est, qui ad retinendam non minus, quam ad acquirendam possessionem etiam sine tutoris auctoritate sufficientem animum habere censetur, sicut et ad omnia exercenda, in quibus meliorem suam conditionem facere poterit, ad eam autem amittendam, non deteriorem suam conditionem constituat, et sine tutoris auctoritate animum habere non creditur, adeo ut nec naturalem possessionem poterit amittere, si forsitan conductor sit, vel commodatarius. l. Pupillus. ff. de acquir. Ter. domin. Cui non opponitur totum in l. 29. hoc tit. ut falsis aliqui crediderunt, indubitabilem animum inter haec Iura agnoscetes, nec avertit Marcellus in d. l. 29. posse pupillum sine tutoris auctoritate possessionem amittere, sed pupillum, qui corpore simul, et animo possessionem acquirunt, ita eam amittere posse, ut corpore, non animo possidere desinat, id est posse corporalem detentionem amittere, quam in ratione generica possessionis appellatione Crim denotare ex eo dignoscitur, quod ideo pupillum corpore desinere possidere scribit, quia quod factum est, poterit amittere, quam dicat, animo possidere desinere non poterit, quia possidere est animo, quatenus a Iure informatur, Excute abique tutoris auctoritate non poterit, ut parum dicitur Iulianus in d. l. 29. Valentiniana d. cap. 6. num. 17. et 18. Galbanus de V. u. cap. 33. n. 13.

N. 3.

Occurrit tamen adhuc non levis instantia ex eo quod, quia furiosus, quem sana mentis esse existimabat, vel a pupillo, quem puberem esse credebat, sine tutoris auctoritate rem emittit, Vucapere posse dicitur in l. 7. § 5. Marcellus. 2. de P. blie. l. 13. § 2. de Vucap. l. 2. § 15. et 16. Pro emptore: §. possessionem acquirunt, sine qua Vucapio non procedit. l. 25. de Vucap. ac per consequens furiosus, et pupillus sine tutoris auctoritate possessionem amittunt, alioquin Vniuersi, eisdemque rei possessio penei duos in solidum existeret, aduersus quod late divinimus cap. 1. n. 23. Nec ferendus Galbanus de V. u. cap. 34. num. 14. qui praecedenti difficultate compulsi avertit, possessionis concursus penei duos esse posse, penei emptoris scilicet, et furiosum, aut pupillum, ita ut emptor Vere possideat, furiosus autem, aut pupillus interpretative dumtaxat, et Verique diversi respectibus Vucapiendi facultates concedit. Haec namque opinio ex eo facile convincitur, quod interpretativa in Iure nulla possessio est; possessionis quidem effectus, qui in Iure consistunt, et legi potestati subiciuntur, saepe ei, qui non possidet, tribuuntur; possessio autem ipsa, quae ex facto tota est, et naturalis, civili potestati subjecta non est, quando revera possessio est penei aliquem cum effectibus existentis, prout in praesenti apud emptorem, quem Vucapere posse dixi, non solum possessio, sed nec eius effectus alteri tribui possunt. l. 13. § 4. hoc tit. cum multis, quae dixi praecedenti cap. num. ult. Melius sane Santolaxia interpretatur et Reti ad leg. ex quibus prohibita est Vucapio n. 38. quibus et subiciit si in academic. de Vucap. cap. 4. n. 8. respondent in dicitur Iuris, furiosum, aut pupillum possessionem animo non amittere, sed emptorem proprio apprehensionis facto possessionem acquirere, eaque furiosum, aut pupillum privare; nam emptor, qui corpore simul, et animo possidet, quidquid ad acquirendam possessionem requiritur, ac proinde furiosum, aut pupillum possessionem privat, non alioquin Vniuersi, eisdemque rei possessio penei duos in solidum existeret. Sed obstat, quod licet aliquis fundum possidendi animo fuerit ingressus, tandem Verus possessor retinet possessionem, quando eam ab alio occupatam ignoraverit, ut expresse dicitur Papinianus in l. 46. hoc tit. ergo licet is, qui a furioso emittit, possidendi animo rem emptam apprehenderit, non ideo furiosus, qui ignorantis loco habeatur. § 3. Inverit. de heredit. qua ab inter, debet possessionem amittere, difficultati, quam vel non praevideant, vel dissimulant Antecessores, Respondere posse emittendo, quod licet regulariter solo animo retenta possessio per alienam apprehensionem etiam possidendi animo factam adimmi ignorantis non debet ex d. l. 46. de quo postea latius, a furioso tamen, vel pupillo retenta possessio in d. l. 7. § 2. de Public. cum similib. Utilitatis causa propter justum errorem furiosum, vel pupilli ignorantiam, non obstanti existimato, emptori acquirunt, ad hoc ut Ten, et bono publico Vucapioni fulcitur, vincit omnino minorem rationem Utilitatis, quae furiosus, aut pupillum retinere possessionem suadebat.

N. 4.

Nec tamen animus absolute sufficit ad retinendam possessionem, nisi cum eo simul concurrat facultas accedendi ad rem possessionem; Utilitatis namque ratio, quae solo animo retineri possessionem inducit, rei apprehendenda facultate supponit.

rialem duntaxat inveniendi significat, quam corporalem possessionem in eisdem terminis Pompon appellavit in t. n. intelligit in d. l. 25. §. 1. hoc tit. et genericam rationem respiciens possessionem simpliciter, et absolute dixit Ulpianus in d. l. 6. §. 1. quem eo loquendi modo familiariter Vium fuisse constat ex d. l. Possessionem. 29. hoc tit. junctis, quae circa ejus explicationem Num. 2. dicebam.

Solum etiam animum abique facultate ad rem accedendi possessionem ad retinendam possessionem sufficere ex eo videtur evinci, quod memoriae infirmitas damnum non affert possessori, ita ut si quis, cum pecuniam in fundo custodiae causa peragere profecturus condiderat, postea reversus thesauri locum in memoria non reperit, non ideo possessionem amittat, ut docet Papianus in l. 44. hoc tit. Cum tamen ad thesaurum accedendi facultatem non habet, ut notum est: solus igitur animus, licet deficiat facultas accedendi ad rem possessionem, sufficit ad retinendam possessionem. Ruzius, superior Papiniani sententia. Ex eo difficillima redditur, quod qui locum, in quo res exiit, ignorat, ex defectu facultatis apprehendi statim possessionem amittit, ut expresse pro regula tradit Pomponius in d. l. Si id quod. 25. in principio. h. tit. §. qui reversus thesauri, quem peragere profecturus condiderat, locum in memoria non reperit, et ignorat ejus possessionem statim debet amittere. Accedit, quod si res ita exiderit, ut non inveniat, licet anullo possideatur, ejus possessio ex defectu facultatis apprehendi statim amittitur, ut ex sententia Nervae docet Paulus in d. l. 3. §. 1. Nervae. 13. hoc tit. §. sola loci, in quo res exiit, ignorantia possessionis amissionem inducit. Sed ut difficultatem ex Papiniani decisione in d. l. 44. denigramus dissolvamus, et Papinianus cum Pomponio, Nervae, et Paulo in concordiam referamus: Vbi quaeritur, an sola loci, in quo res exiit, ignorantia possessionis amissionem inducat, sequenti distinctione utendum est; Si quidem res, quae ibi exiit, ignoratur, quantumvis diligenter quaerita non inveniat, ejus possessio statim amittitur, quia solus animus ad rem ipsam accedendi facultate destitutus ad possessionis retentionem non sufficit; si autem, qui propter loci, in quo res exiit, ignorantiam, eam tamen diligenter quaeritam invenire non potest, ejus apprehendendi facultatem non habet. In quibus terminis Nervae, Paulus, et Pomponius loquitur in dictis legibus 3. §. 13. et 25. in principio. h. tit. Si vero res diligenti inquisitione facta reperiri possit, ejus possessio non amittitur, sed animo retinetur; qui enim rem propria diligenti inquisitione potest invenire, ejus apprehendendi facultatem non habere dici non potest, et in his sane terminis procedit Papiniani decisio in d. l. 44. ubi qui peragere profecturus in fundo percurram condiderat, reversus servat quidem in eo fundo, sed ipsum plane locum, in quo condiderat, ignorabat, et cum pecunia diligenti adhibita inquisitione potest inveniri, ejus possessionem restituere merito dicitur; memoriae etenim fragilitas in presenti nec possidendi animum, nec magis ad rem possessionem accedendi facultatem excludit, et sic nec damnum debet afferre possessori; alioquin ab inconvenienti arguitur in d. l. 44. Papiniani, per momenta servorum, quos non viderimus, possessio inveniatur, quam tamen ideo retinemus, quia servos diligenter quaeritos invenire possumus, et sic eos apprehendendi facultatem habere intelligimus, et generaliter ejus rei, quae licet amissa sit, diligenti tamen inquisitione praehabita reperiri potest, solo animo possessionem retinere propter apprehendendi facultatem constat ex d. l. 3. §. 13. hoc tit. docent Cusac. lib. 23. quaerit. Papianus in d. l. 44. et Ulpianus in dictis Iuribus.

Ex hujusmodi autem principio, quod animus simul cum facultate accedendi ad rem possessionem ad retinendam possessionem desideratur, decidenda est celeberrima quoad Iuris partem quaeritio, Vium scilicet fugitivum servi possessio solo animo retineatur? In qua communis opinio, quam amplectuntur Valentia d. lib. 4. tract. 2. cap. 10. per totum, et Oroz d. lib. 4. cap. 13. n. 1. et 18. et tueritur ex notis Antecessoribus plerique, tenet fugitivum possessionem non amitti, sed solo animo retineri. Cujus opinionis fundamenta partim a Iuris ratione desumuntur, partim ab auctoritate. Iuris ratio haec est. Servorum fuga nulla ex causa Dominis debet esse damnosa. l. 5. §. 1. de Public. et Vectig. l. 1. de Servi fugitiv. Ergo nec damnum debet afferre possessioni. Ruzius: Aliarum rerum possessione Dominus privare non potest: §. nec sui ipsius possessionem Dominus per fugam potest intermittere, ut arguunt Consulti in l. Pomponius. 13. in fine principij l. Rem, quae 15. hoc tit. l. 1. §. 1. de furtis. Plures etiam eorum decisiones

Num. 6.

N. 7.

textu in l. 8. de Diversi. et tempoz. p[re]scrip[ti]t ubi ejus tempoz, quo servus in fuga fuit, ac-
 cessio datur ad Vucapionez perficiendaz; Tunc sic; Tempozum conventio in unica, eademque
 continua possessione locum non habet, sed vel in diversis possessionibus, vel in unica possessione
 ita interrupta, ut singulari Iure Vucapio possit continuari, ut in exempli jam adducti. g.
 cum ejus tempoz, quo servus in fuga fuit, accessio datur ad Vucapionez, fugitivi servi posses-
 sionez n[on] retinetur, et sine ea singulari Iure continuari Vucapionez evincitur.

N. 9.

Huius igitur fulcrum firmiter satum subnixum remanet
 nostri P[re]cepti sententia quam firmare etiam possumus ex l. Homo liber 54. §. Vlt. de acquir.
 Ver. domini. a qua tamen consilio abstinuimus, ideo quia ei dumtaxat textus expendere
 decrevimus, quos evitare communi opinionis auctoritate non possunt: pro quibus tamen triplex
 adhuc fundamentum stare videtur, sum ex eo, quod servorum fuga veteri possessioni nulla ex
 parte debet esse damnosa: §. n. magis possessionis, quam Vucapionis damnum debet afferre, alio-
 quin aliqua ex parte esset damnosa, respectu scilicet possessionis. Sed huius argumenti soluti-
 onem satis in superioribus innuavimus, dum diximus possessionem, cuius substantia in facto
 tota consistit, legi potestati non subijcere; ejus autem effectus, veluti Vucapionez tanquam
 ex Iure civili dimanantes, ex ejus potestate pendere; Inde namque inferitur, quod vulgo
 dicitur, servorum fugam veteri possessioni nulla ex parte damnosam esse debere, n[on] ad posses-
 sione referendum, quam deficienti facultate accedendi ad ipsum servum supplere Ius civile
 non potest, sed ad Vucapionem, quae tanquam ex civili Iure descendens etiam sine possessione
 singulari Iure continueatur, et perficiatur. Secundum fundamentum denu[m] potest ex textu in
 d. l. 15. hoc tit. ubi ait Cajo, quod quemadmodum cum servus aliarum rerum possessionez
 intervertere n[on] potest, ita nec suam quidem potest, et quod ea ratione fugitivum servum possi-
 dere videmus; sed quod dicitur, servum aliarum rerum possessionez intervertere n[on] posse, verum
 e[ss]e n[on] solum quoad possessionis effectus, veluti Vucapionem, sed etiam quoad ipsam possessionem,
 prout in facto consistentem, ut constat ex ipso textu, et ex l. Si de eo. §. in prio. h. tit. d. l. 33.
 §. Vlt. de Vucap. §. ut teneat & equiparatio, quod dicitur fugitivum servum possidere, simili-
 ter n[on] ad possessionis effectus, veluti Vucapionem, debet restringi, sed ad ipsam possessionem ex-
 tendi. Huius dubitationi, quam P[re]ceptor noster non previdit, Respondeo, & equiparationez
 a Consulto adhibitam in d. l. 15. n[on] in omnibus tenere, sed in aliquo, n[on] scilicet in possessione,
 sed in ejus effectu, Vucapione videlicet, quae sic Consultus arguet: Servus aliarum rerum
 possessionez intervertere non potest: §. nec suam possessionem, id est sui ipsius Vucapionez po-
 tate intervertere, quod tibi Consultum voluit illa mihi ipsius textus verba per-suadent, et
 haec ratio e[st], quare videamus fugitivum possidere. Ex quibus inferitur, fugitivum servum revera
 n[on] possidere, sed quoad effectum Vucapionis quodam modo possidere videri. Nec mirum, §. equi-
 paratio in omnibus n[on] teneat; ideo enim servus aliarum rerum possessionez n[on] intervertit, §.
 quando apud ipsum rei consistunt, apprehendendi facultas Domino, aut bona fidei possessori non
 deficit, qui per servum & que possessionez retinere possunt, ac acquirere, ut dicitur in d. l. 15. Ex
 qua n[on] obicere colligitur, quod si servus sem subreptam apud se n[on] tenuerit Domini, aut bona
 fidei possessori ex defectu facultatis accedendi ad ipsam rem possessionem intervertit, qua etiam ta-
 ratione fugitivi servi amittitur possessio, sine qua singulari Iure Vucapio continueatur. d. l. 21. de
 Rei vindic. cum similibus =

Tertium denique, et fortius fundamentum deducere possunt Adver-
 sarij ex textu nunc noviter intelligendo in d. l. 12. §. 3. de Vusu ubi cum quaeratur, an fructua-
 rius fugitivi servi possessionez retinetur? Ex Iuliani sententia sic Ulpianus respondet, quemadmo-
 dum a proprietario possessio retinetur, etiam si in fuga sit servus, pari ratione etiam Vusufruc-
 tu retinetur. Tunc sic: In hoc textu possessionis appellatione Vucapionem denotare dici n[on] potest;
 Nam proprietarius sem propriam Vucapere n[on] potest. l. §. 8. de Captivi. §. proprietarius fugitivi
 Servi retinet possessionez. Rursum, Vusufructus n[on] amittitur: §. nec possessio quamvis in facto consistens
 per servi fugam debet amitti. Pro prima difficultatis solutione dici posse existimo, quod scribit Ul-
 pianus, proprietarium fugitivi servi possessionez retinere, n[on] ad ipsam possessionem, sed ad duplicem

N. 10.

ejus effectum esse Referendum, quorum primus ille est, ut Dominus per servum etiam in fuga exis-
 tentem aliarum rerum aliquando possessionem acquirat. l. 1. §. 1. de S. 1. l. 5. §. 1. hoc tit. ut diximus in Acade-
 mi. de Vucap. cap. 1. n. 6. et in 5. hujus Commentarij cap. latius dicemus. Secundus effectus ille est, ut
 proprietarius servi fugitivi Vucapionem perficiat, si forsitan bonitatem duntaxat, vel quiri-
 tarium, Resolubile tamen habeat dominium; Nam quod Vulgo dicitur, Dnum rem suam Vucap-
 pere n. posse, de eo intelligi potest, qui quiritarius, irrevolubile tamen dominium habuerit. eo
 effectu rem adhuc potest Vucapere, ut vel bonitatis dominio quiritarium adjiciat, vel resolubile
 quiritarium dominium per Vucapionem reddat irrevolubile, ut ex Iuxi Ratione, et fluxibus Consul-
 torum testimonijs inde intellectus latè docuimus in tract. de Vucapion. cap. 5. num. 5. 6. 7. et 9. ad
 totum testimonijs inde intellectus latè docuimus in tract. de Vucapion. cap. 5. num. 5. 6. 7. et 9. ad
 quam etiam Iuxi partem Nune Vlpiani de iur. in d. l. 12. §. 3. de Vucap. pertinere existimo,
 cuius Verum, genurumque sensum cum esse contendo, ut quemadmodum Verus bonæ fidei posse-
 ssor captam fugitivi servi Vucapionem Iure singulari sine possessione potest perficere, et ad
 eum Iuxi effectum possidere intelligi dicitur, sic et proprietarius siquidem vel bonitatis tantum
 vel quiritarius, Revocabile tamen dominium habeat, fugitivum servum possit Vucapere, et ad eum
 effectum ejus possessionem retinere intelligi dicitur. Qua etiam interpretatione accipi elegantius
 potest, quam intellecta adhuc est, alia Vlpiani de iur. in l. 8. de Diver. et tempor. præscriptio-
 nibus ubi id tempus, quo servus in fuga fuit, Domino ad Vucapionem præcedere dicitur. Facilius tamen
 Secunda difficultas solvitur; Vucapionem licet ex Verendi, et fruendi facto estimari di-
 catur; Ius tamen est, et quamvis per constitutum tempus n. utendo soleat amitti, per servi ta-
 men fugam, etiam statuto tempore elapso, n. amittitur, sed ea æquitate ratione retinetur, quia
 servi fuga fructuario non magis, quam proprietario damnosa esse debet, et ut proprietarius
 Iure singulari retinet possessionis effectus, ita et fructuarius retinet Vucapionem, licet statuto Iure
 per constitutum tempus non utendo fuerit exactus.

N. 11.

Superior autem doctrina, qua animum simul
 cum facultate accedendi ad rem possessionem ad retinendam possessionem exprimit diximus, ad mobilium
 quoque ac ad immobilium possessionem spectat; quod ideo animadverto, quia ab Interpretibus
 communiter traditur Iuxi regula, qua habet solo animo simul cum rei apprehendendo faculta-
 te possessionem retineri, in rebus soli, seu immobilibus locum duntaxat habere; Nam mobilium
 rerum statim ac ab alio occupata sint, etiam iniuria, aut invito possessore amittitur possessio, nec
 solo animo retinetur. Quam differentiam probari Vulgo creditur ex l. 3. §. 1. l. 5. §. 1. Si rem mobilem. 42.
 hoc tit. l. 1. Naturaliter. 5. de Vucapion. Eiusque Rationem in d. l. 4. Papinianus præstitisse nonnulli
 existimant in illi Verbi, quod rerum mobilium Neglecta, atque omnia custodia, quamvis eas
 nemo alius invaserit, veteri possessioni damnum afferre consuevit, quasi dicat Consultus mobi-
 lium rerum possessionem solo animo ideo non retineri, quia vilis, et objecta æstimationis sunt; im-
 mobilium autem possessionem ex contrario ideo solo animo retineri, quia longè majori æstima-
 tionis sunt; Communem tamen hanc Antiquorum opinionem spernunt merito Donell. d. lib. 5. Com-
 ment. cap. 12. Cusac. in d. l. 46. h. tit. Cyprian. in d. l. 3. eodem num. 82. cum contra mobilium rerum
 aliquando majorem æstimationem, quam immobilium habere; quapropter nuper relati Doctores
 inter mobilium, et immobilium rerum possessionem quoad retentionis causam in eo differentiam
 constituunt, quod mobilium rerum simul ac subrepta, aut vi ablata sint, etiam iniuria, aut
 invito possessore, possessio statim amittitur d. l. 3. §. 1. l. 5. §. 1. d. l. 4. h. tit. d. l. 5. de Vucap.
 Immobilium autem rerum, licet violentè invasa, aut occupata sint, tandiu possessio retinetur,
 quando violentam invasionem Verus possessor ignoraverit, et tunc solum amittitur, ubi rei ab alio
 occupata esse Verus possessor scit, et ex defectu facultatis ad rei ipsas accedendi possidendi animus
 deponit. iuxta eod. supra adductos num. 1. et 5. qui omnes de immobilium rerum retinenda, vel
 amittenda possessione loquuntur. Hujus autem inter res mobiles, et immobiles quoad retinenda
 possessionis causam dixerimus rationem ex eo derivant, quod immobiles tanquam solo coherente,
 quia occultari n. possunt, etiam violentè invasa sub custodia possessoris adhuc sunt, qui tandiu
 eorum retinet possessionem, quandiu probabilem possidendi animum cum facultate simul ad eas ac-
 cedendi conjunctum habuerit; Res autem mobiles ex contrario, quia occultari facile possunt, statim
 ac subrepta, aut vi ablata sint, derivant esse sub veteri possessoris custodia, qui cum eas appre-
 hendendi facultatem n. habeat, et inprobabilem, inaneque possidendi affectum retineat, eorum

possessionem statim amittit =

Rectius tamen Raphael Cumanus in d. l. 3. §. 3. h. tit. 3. h. tit. Num. 1. quem sequitur Reter lib. 4. Opuscul. cap. 14. num. 7. censet, inter res mobiles, et immobiles in ratione retinenda possessionis nullam differentiam versari, et traditam supra regulam, qua animum simul cum detinenda facultate ad retinendam possessionem exposcit, et solo animo abique actuali detentione retineri possessionem docet, ad mobilium rerum non minus, quam ad immobilium possessionem pertinere; Nam generaliter verum est, sive de mobilium, sive immobilium rerum possessione loquamur, solo animo possessionem retineri, dummodo ad res ipsas accedendi facultas concurrat; Unde quia res mobiles simul ac subrepta, aut vi ablata sunt, apprehendendi potestatem veteri possessor non habet, etiam ignorans, et invito earum possessionem statim amittit d. l. 3. §. 18. hoc tit. et quia ad res immobiles etiam violenta occupata potest accedendi facultas manere, earum interim possessio retinetur. d. l. 6. §. 4. hoc tit. cum alij superius adducti, et quod facilius immobilium, quam mobilium rerum possessio retineatur, eo solius provenit, quod difficilius ad immobiles, utpote qua occultari non possunt, quam ad mobiles, qua facillime occultantur, et ubi stant, penitus ignoratur, accedendi facultas amittitur, quapropter eisdem terminis concurrentibus, deficiente scilicet facultate accedendi ad rem immobilem, eius possessio etiam invito, aut invito veteri possessori statim amittitur, ut in terminis etiam sic intelligendi in d. l. 18. §. 18. hoc tit. Ex quibus explicandum facile erit Papinianum in d. l. 4. h. tit. dum docet, mobilium rerum neglectam, et omniam custodiam, et nec nullum invaserit, damnum afferre possessionis; ideo etenim de mobilibus, non etiam de immobilibus loquitur, prout Paulus in d. l. 3. §. 13. h. tit. quia mobiles solum ad differentiam immobilium deperdi ita possunt, ut ubi sunt, penitus ignoratur, ut recte Cusac. lib. 23. quest. Papin. in d. l. 44. et 26. quest. ejusdem in d. l. 4. hoc tit. Hic tamen videtur refragari Papin. in d. l. 46. h. tit. ubi ut ostendat, tandem fundi possessionem animo retineri, quando fundum ab alio occupatum possessor ignoraverit, sic ait, quemadmodum possessio ignoranti non acquiritur, sic nec ab ignorante debet amitti: §. si sive mobilium, sive immobilium rerum possessionem nullo unquam casu ignorans debet amittere. Probatur conseq. Quilibet possessio iuxta Papinianum eo modo debet amitti, quo acquiritur; sed nulla sive mobilium, sive immobilium rerum possessio ignoranti potest acquiri: §. nullo ab ignorante debet amitti. Sed pro solutione respondeo, §. ait Papinianus, ignorantem possessionem amittere non debere, non genericè est accipiendum, sed ad eum casum restringendum, quem in eo textu ipse agitabat: ibi scilicet ignorans ad rem possessionem accedendi adhuc retinet facultatem; Nam cum possessio eo modo debeat amitti, quo acquiritur, quemadmodum simul et naturali inveniuntia, seu actuali detentione solum acquiritur, sic sine animo non debet amitti; si autem, qui fundum, quem ipse possidet, ab alio occupatum ignorat, dummodo ad eum accedendi potestatem adhuc habeat, sufficientem detinendi possessionem animum retinet, quod si etiam ignorans ad rem possessionem accedere non possit, possessionem statim amittit, quia nec sine animo simul, et corpore acquiritur, nec sine animo, et potenti inveniuntia, seu ad rem ipsam accedendi facultate non retinetur =

N. 12.

N. 13.

Haec tamen expositam regulam, qua solum animum abique corporali detentione ad retinendam possessionem desiderat, limitationem, seu exceptionem pari quidam ex eruditioribus Antecessoribus existimaverunt, in rebus animatis, quarum possessio cum dominio conjuncta primo occupanti Iure gentium statim acquiritur. l. 1. §. 1. hoc tit. in quibusdam inanimatis rebus ex his, qua per Occupationem Iure gentium similiter acquiruntur, veluti Marti litoribus, quarum omnium possessionem solo animo non retineri ex eo persuadere nituntur, quod eorum animalium, quae Iure gentium nominis per Occupationem facimus, corpore simul, et animo acquiruntur, tandem recedunt, quando animo simul, et corpore ea sub custodia nostra detinuerimus; Ex quo autem corporali inveniuntia defecerit, statim ac in naturalem libertatem se proximaverint, eorum dominium, et possessionem simul amittimus. l. 62. de Vusu. l. 1. §. 1. Si quadrupes pauper fecerit. d. l. 3. §. 18. l. 5. §. 44. de Acquis. Ter. domini. l. 3. §. 14. et 15. h. tit. §. fere igitur. 42. In iur. de Veru.

90
Retinetur, et amittitur possessio, sigillatim Deo auspice dixerere statuerimus, legere interim,
et favere Auditori; hac erant mihi premia, si placuit, adjuvante denique Virgine Ma-
ria, postea prosequar = = =

Caput quartum. De amittenda possessione.

Num. 1.

Ex hi, quae de Retinenda possessione diximus, caetera omnia pendunt, quae ad hanc
de amittenda possessione partem spectant; Possessio itaque, quae solo animo retinetur, solo ani-
mo etiam amittitur l. 3. §. 6. l. 44. §. 1. vlt. hoc tit. dixerunt tamen Nationibus; quod enim solo ani-
mo retinetur, utilitati causa receptum est, ut dicitur superius cap. Num. 1. adversus stricti
Iuris Regulam, quae naturalem etiam involuntariam ad retinendam possessionem exposcit; quod
autem solo animo amittatur, stricti Iuris Natione procedit, exigitur videlicet possessionis
essentia, quae cum sit detentio propria, vel alieno nomine, possidendi affectu deficienter, nece-
ssario debet amitti; naturalis enim, quae superest detentio, tanquam animo detentata,
nec stricta, nec lata possessionis nomen meretur. Cui tamen doctrinae acrius videtur ob-
sistere Paulus in l. 8. hoc tit. et in l. 453. de Reg. Iur. in quibus pro regula tradit, quod quem-
admodum nulla possessio nisi animo, et corpore acquiri potest, ita nulla amittitur, nisi in
qua utrumque in contrarium actum est. Sed omnino, quae late tradunt Reser. lib. 1. opusculor.
cap. 13. per totum, et Oroz lib. 4. cap. 15. ex Num. 1. vlt. placet magis communis Antiquorum
traditio, quam sequuntur Duarenus, Cusac, et Giphart, in d. l. 3. §. 6. et in d. l. 8. hoc tit. Per
Saber in d. l. 453. de Reg. Iur. Oualdus, et ab eo Relati lib. 5. Comment. Donell. cap. 13. lit. C. docen-
do, cum de amittenda possessione tractatur, multum interesse, an animo ab animo incipiat,
an corpore? Nam si a corpore, veluti in eo, qui ex fundo, quem possidebat, egressus est, nisi
utrumque in contrarium actum sit, scilicet nisi accedat corpori animus, seu voluntas non
possidendi, non amittitur possessio, quae solo animo abique corporali involuntaria retinetur d.
l. 8. hoc tit. d. l. 453. de Reg. Iur. Si vero ab animo incipiat, veluti in eo, qui cum fundum cor-
poraliter adhuc detinet, eum possidere non vult, Verum est solo animo possessionem amitti,
quae solo animo non potest acquiri, ut proinde appareat, Regulam eod. in d. l. 8. perperam non
debere intelligi, ut laudati Interpretes observarunt. Ideo autem ex utroque regulariter cor-
poris simul, et animo amitti possessio dicitur, quia plerumque quisquis possidendi animum
deponit, corporalem etiam involuntariam amittit; sed quia aliquando possidendi animo depo-
sito, corporalem adhuc involuntariam perseverat, aliquando etiam solo animo amitti possessio
dicitur. Superiorem etiam distinctionem expresse tradit hinc facile exponendus Papinian.
in d. l. 44. §. 1. vlt. hoc tit. in illi verbis: Nam ejus quidem quod corpore nostro tenebamus posse-
ssionem amitti vel animo, vel etiam corpore, si modo eo animo inde digressi fuerimus, ne po-
ssidemus, in quibus duplex amittenda possessionis modus continetur. Primus per solum ani-
mum, si ab eo incipiat amittitio. Secundus per animum simul, et corpus, si a corpore videlicet
originem ducat = = =
Si ergo ab animo incipiat amittitio solo animo amittitur possessio sive mo-
bilium, sive immobilium rerum, quod ideo animadverto, ne aliquem Pauli decipiat aucto-
ritas, qui in l. 30. §. 4. hoc tit. pluribus modis mobilium rerum possessionem amitti docet, et
primum modum per animum, aut possidendi voluntatem assignat, quem tamen communem
etiam esse amittitio possessionis rerum immobilium constat ex eodem Paulo in d. l. 3. §. 6. hoc
tit. inde fluit vulgari in eam dominium, et possessionem differentia; nam cum possessio sta-
tim amittatur ab eo, qui se possidere nolle constituit, dominium tamen ejus adhuc ma-
net, qui Dominus esse non vult. l. Si quis. §. 1. §. 1. vlt. hoc tit. quippe possessio, quae tota facta, non
est, quemadmodum nec nuda voluntate, nec traditione acquiritur, etiam nisi ex causa a
Iure producta. l. 3. §. 1. de Donation. inter l. 3. de acquir. Res. Domin. ita nec solum voluntate

Num. 2.

potest amitti. l. 34. de Pactis, juncto ibi Cujacio ad Pandect. ex regula tōi in l. Omnia. 100.
de Reg. Jur. sic explicant Alciat. Cusac. et Giphani. in d. l. 11. §. 1. Connan. lib. 5. Comment. cap. 9.
Num. 10. Quibus et illud consequens ē, cum, qui rem sic dat, ut statim recipiat, dominium non
amittere. l. 55. de Solution. Nam momentanea hac datio Iuris aliquem effectum penes accipientem
remansurū producat. tōi. sic intellig. in l. Si tibi. 2. de Reb. cred. ubi Donell. in Portion. ad
eum titul. Comment. Cusac. lib. 18. Digest. Julian et Anton. Sabex in Partion. ad l. 58. solutio
Marim. l. 33. §. 1. de Donat. inter. l. 62. de Solution. Ex contrariis autem eum, qui possessionem
sic transferat, ut iterum recipiat, seu rem possideat, statim possidere desinere. l. Sicut. 8. §. Su-
pervacuaz. Quib. mod. sign. Vel hypot. solv. d. l. 11. §. 1. in fine. h. tit. quomodo quoad Iuris effec-
tus, qui possessionem ita adeptus est, ut eam retinere n. possit, possidere non videri dicatur
in l. Non videtur. 2. hoc tit. l. 1. §. 12. de Viucapion. Nec superiori distinctioni obviat,
quod in sent. Sabini, que ad verum Proculum obtinuit, vel pro derelicto habita domi-
nium statim amittitur, priusquam ab alio occupetur. l. 1. et feri per totum tit. Pro de-
relicto cum similibus; nec enim nuda voluntate dominium amittitur; sed accedente
Objectione, seu derelictioni facto, quod traditioni, seu occupationi contrarium penitus est,
ut docent Cusac. lib. 21. Observat. cap. 8. et lib. 54. Pauli ad Edict. in l. 2. Pro derelicto. An-
ton. Sabex in Partion. ad eum in l. Quomodo admodum 38. §. 1. de Nonal. action. Connan. lib. 3.
Comment. Iur. civili. cap. 3. Num. 3. Osmald. ad Donell. lib. 4. Comment. ejusdem. cap. 13. tit. A.

N. 3.

Quoties vero a corpore incipit amissio, antequam præterea
ad amittendam possessionem exigatur, quapropter non solum subrepta, aut violentè ablata
vel amittitur possessio. d. l. 15. hoc tit. d. l. 5. de Viucap. cum similib. sed et si quis cum arma-
to homines violentè viat, aut exultimaret, metu perterritus à fundo effugerit cor-
pore simul, et animo possessionem statim amittit, quamvis nemo eorum fundum ingressus
sit. l. Non solum. 33. §. Si dominus. 2. de Viucapion. l. 3. §. 7. de Vi, et Vi armata; quoad causam
tamen interdici Unde Vi, aut Vi possideri, aut actioni ex edicto de eo q. metu. ca. 1.
dejectus n. coniectus; quia huiusmodi remedijs n. exoptatur, aut exultimatur, sed illarum
Verè à metu locum facit. l. 9. in p. quod met. ca. l. 1. §. Idem Sabex. 29. d. l. 3. §. 6. cum
sequenti. de Vi, et Vi arm. n. armati homines eodem imperu, cuius metu perterritus Verus
possessor aufugit, fundi possessionem occupaverint, quo casu superioribus remedijs idem locum
erit, quia Verum est, fundum Vi occupatum fuisse, et Verè possessorem, si non aufugerit,
Vi deiciendum fuisse. d. l. 1. §. 29. d. l. 3. §. 7. de Vi, et Vi arm. Quod idem servatur, et si ipi
mutuo consilio, vel alia qualibet ratione possessionem n. ingrediantur; quia Verum est, Ve-
terem possessorem Vi dejectum fuisse. l. 1. §. Si tu me vi. 22. de Viucap. Nec obstat, quod in his
casibus fundus inuicabili n. reddatur. d. l. 1. §. 22. d. l. 33. §. 2. de Viucapion. Nam ad
hoc ut lex Julia, et Plautia Viucapionem prohibeant, n. sufficit, Veterem possessorem Vi de-
jectum esse, seu possessionem violentè amittit, sed hoc exigatur, fundum Vi possessorem, id est
in violento ipso confictu occupationem esse. d. l. 1. §. Item. 28. de Viucap. quia omnia nobis
indicant sufficit; Qui ea plenius investigare voluerit, consulat D. Reri, et ab eo relati
lib. 1. opuscul. cap. 14. Num. 9. et ad lege Arminiam, Iuniam, et Plautiam n. 29. cum 2. segg.
His tamen omnibus opponi Ulpianus videtur in d. l. 11. in p. hoc tit. dum aserit, quod
qui de possessione Vi dejectus est, perinde haberi debet, ac si possideret; quia per interdici
Unde Vi recuperanda possessioni habet facultatem: q. à fundo violentè dejectus ejus adhuc
retinet possessionem. Sed cum Cujacio ad Pand. in eo tōi facile responderetur, Ulpianum non
negare violentè à fundo dejectum corpore simul, et animo ejus possessionem statim amitte-
re, sed solum perinde haberi aserere, ac si possideret quoad aliquos effectus; Nam quemad-
modum qui actionem habet ad rem aliquam recuperandam, ipsam rem habere videtur prop-
ter faciliem ejus transiendam potestatem. l. 1. qui actionem. de Reg. Jur. sic et violentè dejectus
propter rei recuperanda facultatem per interdici Unde vi perinde haberi dicitur, ac si possi-
deret quoad Iuris videlicet effectum, ut constat ex l. 16. §. Iulianus. 4. de Perion. h. tit. l. 1.
S. Vlt.

S. Vlt. Vt' possideri. Quae solutio confirmari etiam potest ex his, quae dixi. l. cap. num. 26 =

Num. 4.

Corpore etiam simul, et animo amittitur possessio, quoties deficit facultas accedendi ad rem possessionem, ut procedenti cap. dixi, et alij ad defectus exemplis nunc amplius explicabo: Si itaque agrum, flumen, aut mare occupaverit, ejus amittitur possessio. l. 3. §. 12. hoc tit. l. 2. §. Vlt. de Reb. auctorit. Iudic. possid. Nec idem negat Paulus in d. l. 30. §. Item quod mari. 3. hoc tit. qui per inundationem amitti possessionem docuerat in d. l. 35. §. 1. et in d. l. 12. §. Vlt. de Reb. auctorit. Iudic. possid. Nam prout in Vulgari Codicibus habetur in d. l. 30. §. 3. sic scribit: Item quod mari, aut flumine occupatum sit, possidere nos desinemus, praeter precuam Iuri rationem, quae ex defectu facultatis ad inundandum locum accedendi amissionem possessionis inducit, ex plurius evincitur. Primo, ne alioquin Paulus a se ipso implacabiliter desinere dicatur. Secundo, nam dictio illa Item, qua initio textus videtur Consultu, repetitiva est antecedentium, et similis casus denotat appositionem, ut omnes sciunt, sed in duobus precedentibus §s. plures amittendae possessionis modos Paulus ipse tradiderat. §. et in d. §. 3. con- sequentes prioribus per inundationem amittendae possessionis modum adiecit. Tertio denique, quod de inundatione, de eo casu Paulus scribit, quo is, qui rem aliquam possidebat, in alterius potestate pervenit, sed expeditum est, eum, qui in alterius Potestatem, aut dominicam potestatem pervenit, pristinae possessionem amittere. l. Cum haeredes. 23. §. hoc nro tit. l. 16. de Prae- cario: §. per inundationem amitti possessionem debuit scribere. Rursum ex eadem ratione mobilium rerum, quae in mari, vel in flumine demersae sunt, possessionem amittimus. l. 13. in prio. hoc nro tit. Idemque est in his rebus, quae in ^{tem} perire levandi causa Dominus in mare proferret, ad quam partem referendum ^{tem} Ex primo tom in l. 21. §. cum seq. h. tit. In d. §. ait Iavolenus, quod id, quod ex naufragio expulsum est, non Vincitur, quia n. est in derelicto, sed in deperdito. Subjungit in §. 2. idem Iuri esse in his rebus, quae in mari facta sunt, quia pro derelicto habitum videri non potest, quod salutis causa interrim omnium est. Docet §. rei fortuito in mare demersas, aut levandae navis causa projectas deperditum rebus & quiparari, ut quemadmodum earum rerum, quae ita deperditae sunt, ut ubi sint, penitus ignorata, possessio amittitur ex defectu facultatis eas apprehendi, ut ex d. l. 3. §. 13. hoc tit. superiori cap. dicebam num. 6. sic haec, quae in mari fataliter demersae sunt, possessio amittatur, quia veluti sunt, penitus ignorata, vel eas apprehendi facultas non datur =

Alia sane domini causa est, q. nec per inundationem, nec per inversionem amittitur. l. Hec re. 15. de leg. 3. l. 7. §. Aliud. 6. l. 44. Veri. Idem ait. l. Quaecunque. 58. de acquir. rer. domin. d. l. 13. in prio. d. l. 21. §. hoc tit. §. Alia sane cau est. 24. Inrit. de Rez. divis. (pro quorum Iurium conciliatione cum l. 23. quib. mod. Vnif. amitt. consulendu Axiar de Mena lib. 2. Variar. Resolut. cap. 43. per totum, ubi num. 10. cum sequenti in concordiam redigit etiam tom in d. l. 23. cum seq. eod. tit.) nec nec per dejectionem in mari factam levandae navis causa. l. 9. §. Vlt. de acquir. rer. dominio. l. 21. §. 2. h. tit. l. Si quis. 7. Pro derelicto. §. Vlt. Inrit. de Rez. divis. Hujus autem inter dominum, et possessionem differentia ratio facilius est, dominium, quia Iuri est, Regulariter circa Dominii voluntatem n. amittitur. l. 9. §. 1. de Iure dot. pro cuius explicatione videndus Amaya lib. 2. Obsev. cap. 9. l. Si procurator. 35. de acquir. rer. domin. l. Id quod novum. 11. de Reg. Iur. Possessio autem, quia facti est, etiam ignorante, aut invito possessore saepe amittitur, ut praeter jam adducta exempla probat tom in d. l. 30. §. Item cum Praer. 2. hoc tit. Sed obstat, quod res in mare demersae perijisse dicuntur, ita ut adversus eum, qui eas dimiserit, damni iniuria actio competere dicatur in l. 21. §. 2. ad leg. Aquil. §. per mobilia rerum dimissionem dominium ad instar possessionis amittitur. Pro cuius difficultatis solutione omnino, quae tradunt Donellus lib. 15. Commentar. Iuri civil. cap. 27. et ibi Orwald. l. 1. §. A. Suarez de Mendoza lib. 3. ad leg. Aquil. cap. 8. et Oroz de apicib. Iur. civil. cap. 13. num. 5.

N. 5

dicendum Exi'timo, multum referre, an res in mari, vel in flumine demersa extrahi inde per
 Vinatores possent, an non? ita ut si inveniri non possent, perijisse recte dicantur, et adveniu eum,
 qui eas demerserit, licet nec directa, nec utilis legi Aquilia actio competere possit, quia nihil ju-
 tum, fractum, aut ruptum est, quorum alterum intervenire opus est, ut ex 3. legi Aquilia capite
 directa, aut utilis actio oriatua. d. l. 26. §. 3. et §. Autem. 5. ad leg. Aquil. Propter damnum tamen
 datum in factum competit actio, in qua ratio proculdubio habebitur ipsius rei & estimationis. iud.
 tom sic intellig. in d. l. 27. §. 2. ad leg. Aquil. non quia dominus amissum rerum sit, sed res,
 quae inveniri non possent, perinde habentur, ac si perijissent, et earum dominium fuerit cum po-
 ssessione simul amissum, ad differentiam ejus casu, quo res in flumen, vel in mare demersa vere
 perierint, cuius nomine vel ex primo, vel ex tertio legi Aquilia cap. directa spectat actio, ut in tex-
 minis dicitur. in l. 2. §. 2. ad leg. Aquil. §. 1. §. 2. Sed et in l. 19. ad leg. Aquil. §. 1. §. 2. In utro eod. tit.
 Si autem demersa res Vinatorum opera invecta, et extracta sint, in factum quidem eo no-
 mine competit actio, in qua tamen non ipsarum rerum & estimationis, quae perijisse dici non
 possunt, ratio habebitur, sed amissa interim possessionis, et damni eo nomine dati interrupte
 Foxitan Vucapionis, et mercedis Vinatoribus praerita, de qua in l. 4. §. 4. ad legem Rhodiam de
 jactu. Iuxta quam distinctiones explicandi sunt meo iudicio in d. l. 14. §. 2. de Prae-
 script. Verb. l. 2. In laqueum §. 5. in fin. de acquir. Res. doman. Et intelligi similiter potest dicitur in l. 2.
 Si duo. 23. de praescript. Verb. junctis l. 17. §. 2. de Praescript. Verb. et in l. 10. §. 1. de Commodat. Huius-
 modi vero distinctio a simili confirmatur, tum ex eo, quod si res in tempestate levanda navis
 causa in mari projecta appauserint, communi tributio, quae inducitur ex l. 1. Rhodia de Jactu
 exponerari dicitur in l. 2. §. 3. ad leg. Rhod. de jactu. Tum etiam ex eo, quod in furti actione non semper
 ipsius rei, sed aliquando interrupte possessionis, aut alterius Validitatis pretium duplatum,
 aut quadruplatum. l. 12. §. 1. §. 2. Si vendidero. §. 1. §. 2. juncto ibi Cujacio lib. quae Papin. de
 furtis: Similiter ergo in actione in factum, de qua supra, non semper ipsius rei & estimationis,
 sed non nunquam interrupte possessionis, et damni eo nomine illari adhiberi ratio debet.

N. 6.

Alii etiam amittenda possessionis modus per tra-
 ditionem transferenda possessionis animo facta, ut contingit in l. 3. §. 1. si alij. §. 1. iuxta Florentinam
 lectionem h. tit. quod adeo verum est, ut etiam ex causa facta sit traditio, quae praeter civilem
 aliquam traditionem, seu interdictionem inefficax sit ad translationem dominij, si tamen
 transferenda possessionis animo facta proponatur, a tradente possessio ducatur, et in accipien-
 tem transferatur. Veluti si conjux conjugi transferenda possessionis animo rem aliquam do-
 nationis causa tradiderit, possessionem statim amittit, et in accipientem conjugem transfert.
 l. 1. §. 4. hoc tit. Civilis etenim constitutio, quae inter conjuges facta donationis iuris reddi-
 detur, dominij solum, quod in Iure consistit, translationem potest impedire, non possessionis, quae
 tanquam in facto consistens, sub civili prohibitionem non comprehenditur, cum rei facti in firma-
 ri civili Iure non possit, ut ait Paulus in d. l. 1. §. 4. qui aliam etiam amittenda, et transferen-
 da simul possessionis ex eo rationem desumit, quod cum solus animus ad amittendam posses-
 sionem sufficiat, quamvis donatarius conjux possessionem non acquireret, donari tamen hoc ipso, quod
 possidere noluerit, possessionem confectam amittit: quod §. 1. in l. 3. §. 5. Sciendum. §. 1. de donation.
 inter, vel inter conjuges donata traditionem nullius esse momenti nisi recte accipiendum
 docet Valeria lib. 1. illius tract. 2. cap. 7. num. 5. ut ad dominium referatur, non ad possessionem,
 quamvis ad ipsius etiam possessionis effectum possit referri, qui tanquam ex Iure descendentes
 civili prohibitioni subiciuntur, et in conjugem donationis causa translata possessionis dene-
 gantur, ut contra ex h. quae dixi. §. 1. cap. 1. §. 1. 2. et 3. Pari ratione per traditionem transferenda
 possessionis animo factam amittitur possessio, licet accipienti acquiri non potuerit, veluti si fu-
 rto, quem sana mentis esse existimabat, eo quod forte in conspectu innumbratae multitudinis
 constitutus rem aliquam tradiderit, possessionem statim amittit, quamvis furto acquiri non
 possit; Nam sufficit aliquem possessionem dimittere, licet eam in alterum non transferat. l. 2. Quod
 meo. 18. §. 1. hoc tit. in quo etiam, sicut et in alijs plurimum a possessione dominium dicitur dig-
 noicitur, quod cum nec nuda voluntate, nec etiam traditione, nisi iusto aliquo titulo amittatur,
 ut in

Vlt. Instit. de Donation. Vnus ex Socijs abique alterius consensu, et sic inutiliter communem servum ma-
 numittit, ejus tamen possessionem proculdubio amittit simul cum sua partu dominio, quod per Ius ac-
 cipiendi consocio acquiratur, adeo ut etiam non censu, vel vindicta, sed minus solemniter, veluti inter
 amicos, aut per epistolam socius communem servum sine consocij consensu manumittit, quamvis nihil
 ageret, id est nec servum ad libertatem perduceret, nec sua partu dominium amitteret, quia socius n.
 acciperebat, ut docent Ulpianus in fragment. tit. de Libertat. §. Communem. 15. et Paulus lib. 4. Sentent.
 tit. 12. de Manumission. in princ. ejus possessionem amitteret propter nudam voluntatem ex minus so-
 lemni, et inutili manumissione elicitam, quam ad amittendam possessionem sufficere supra dixi-
 mus ex d. l. 17. §. 1. h. tit. Hec tamen omnia, que de amittenda possessione per traditionem, licet
 in accipientem n. transferatur, et per inutilem manumissionem adseruimus, infringi videntur etiam
 in l. Si me in Vacuam. 34. in princ. Verum. Quoniam. et in l. Qui abienti. 38. in princ. hoc tit. Ind.
 l. 34. qui Sempronianus fundum emerat, per errorem a venditore minus est in possessionem fundi
 Corneliani, eamque inivit, cum tamen falsis existimasset se minus in Sempronianum fundum,
 quem emerat, inuito supponit, emptorem nec ex Semproniani fundi, quem emerat ex defectu
 corporali apprehensionis, nec magis Corneliani, quem ingressus fuit, et animi defectu possessionem
 acquirisse, ut dixi 2. cap. num. 2. Progrederetur, et in d. Verum. quoniam docet, quod licet solo animo
 amitti, deponi, et mutari possessionem Celui, et Marcellus scribant in d. l. 18. §. 1. hoc tit. et in l. Qui
 bona fide. 19. cod. Venditor tamen nec Semproniani fundi, quem vendiderat, nec magis Cornelia-
 ni possessionem amittit, que emptori acquirita non fuit; Tunc sic, En ubi possessio a tradente ideo
 non amittitur, quia accipienti n. acquiratur: q. possessio, que per traditionem in accipientem n.
 transfertur, a tradente n. amittitur. In d. l. 38. ait Iulianus, quod qui abienti seruo scribit, ut
 in libertate moreretur, n. statim ejus possessionem amittit, sed ubi serui manumissioni certior fac-
 tus sit, quia non illico serui libertatem nanciscitur, sed eo demum tempore, quo accepti litte-
 rarum dominicam voluntatem sciverit: q. cum eo demum tempore, quo effectum manumissionis sorti-
 tur, Dominus serui possessionem amittat, evincitur per inutilem manumissionem serui possessionem
 amitti n. posse =

N. 9.

Vtriusque difficultatis solutio ex eodem principio derivatur, quod diximus
 per traditionem transferenda possessioni animo factam possessionem amitti, licet ea accipienti
 non acquiratur, ita procedit, si tradenti amittenda statim possessioni animum habeat, ut in
 d. l. 18. §. 1. hoc tit. in quibus de presentis rei traditione tractatur; ceterum ubi venditori ab-
 sentis rei vendita emptori in possessionem mittit, ut in d. l. 34. h. tit. eo animo esse dignoscitur,
 ut n. prius possessionem amittat, quam eam emptor acquireret; nec enim de presentis rem tradi-
 dit, sed emptorem in ejus possessionem ire iussit; Nemo autem eo animo esse creditur, ut abien-
 tis rei possessionem amittat propter emptorem, quam adeptus emptor n. fuerit, ut eleganter aiebat
 Papin. in l. 18. de Vi, et Vi armata, et quicumque emptorem in rei vendita possessionem quodam modo
 sub conditione ab ea recedere intelligitur, si emptori fuerit acquirita, ut aserit Ulpianus in d.
 l. 34. in fine principij. docent Cusac. ad Pandect. in d. l. 34. et lib. 26. quere. Papin. in d. l. 18. de
 Vi, et Vi armata. Donell. lib. 5. Commentar. cap. 13. Barbosa in l. Si alienam. Solut. maxim. num. 109.
 Illud obiter animadvertendum duxi, Venuant licet Cusac. et alij Clari in d. l. 34. in flo-
 rentini Codicibus recte scriptum esse affirmaverint: quoniam autem in corpore convenimus
 et eorum Verborum sensum esse, quod in corpore contrahenda emptori tempore emptor, et
 venditor conveniunt, dicendum videbatur in superhabito subsequenti errore venditorem po-
 sessionem statim amittere, contrarium tamen ex superiori Ratione deciditur. Similiter quod
 dicitur, per inutilem manumissionem serui possessionem amitti, tunc obtinet, cum possessor pra-
 sentem servum inutiliter manumittit, qui amittenda statim possessioni animum habeat, ut
 in tempore sic intelligitur in d. l. 5. Pro donato, at cum quis abientem servum per epistolam manumittit,
 ut in d. l. 38. in princ. h. tit. n. eam mentem habeat, ut statim serui possessionem amittat, sed in
 id tempus suam destinationem confert, quo servus certior factus sit, nec enim servus statim
 manumittit, sed ubi ad eum epistola pervenerit, ut per Cujacium ad Pandect. in d. l. 38. expli-
 cat Chevius lib. 1. interpretat. cap. 22. num. 8.

N. 10.

Vltra Interpretes tamen existimo, q. in quo servus
 Epis-

Epistolam acceperit, et Domini cam Voluntatem scierit, statim ejus amittitur possessio, licet manu-
 mitione propter aliquod Iuxu impedimentum effectum sortiri non potuerit. Moveor ex eo, quod qui
 per Epistolam seruo manumittit, eo animo erit, ut seruum simul ac ad eam Epistolam perveniat, ad
 libertatem perducatur, ejusque possessionem in necessariam consequentiam amittat: quod eodem tempore
 propter animum ex manumissione quantumvis inutili elicitorum debet possessionem amittere. Hoc
 ipsum clarius sic explico, ex inutili manumissione, qua in presenti tempore confecta, presentem po-
 sessionis amittit proficiunt. d. l. 5. Pro donato: quod ex inutili manumissione in futurum tempore co-
 llata in ejus adventum possessionis amittit debet proficere. Idemque dicendum contendo, ubi venditor
 in absentis rei vendita possessionem mittit emptorem; Nam ex quo emptor rem ipsam apprehenderit,
 quamvis possessionem ex aliqua causa rei adquisierit, eam venditor possidere desinit, Nam quem-
 admodum presentem traditio, quamvis ad transferendam possessionem sit inefficax, presentem ejus
 amissionem operatur d. l. 54. d. l. 18. d. l. h. tit. sic et transferenda possessionis destinatio in futurum
 tempore, quo scilicet emptor rem ipsam apprehenderit, collata, eo adveniente amissionem posses-
 sionis debet operari, licet ea emptori non acquiritur. Nec nova notata optioni refragatur d. l. in
 d. l. 34. h. tit. et in d. l. 18. de Vi, et Vi armata, in quibus ideo possessionem venditor non amittit, quod emptor
 non fundum, quem emerat, apprehenderit, in d. l. 34. n. Sempronianum fundum, quem emerat, sed
 Cornelianum per errorem fuit ingressus, in l. 18. a. Colono fundum ingredi fuit prohibitus. Sed dicitur,
 in praedictis Iuris non ideo venditorem possessionem non amittere Consulto scribere, quod emptor
 fundum non apprehenderit, sed quod ejus possessionem non adquisierit. Respondeo, quod cum in eis Iu-
 ribus nullum adquisenda possessionis impedimentum ex parte emptoris adesset, qui non fundum,
 quem emerat, apprehenderit, ejus sine dubio possessionem adquisierit, ideo asseruerunt Consulto
 venditorem non prius possessionem amittere, quam eam emptor adquisierit; at si aliquod impedi-
 mentum ex parte emptoris adesset, qui, et si maxime fundum apprehendisset, ejus tamen posses-
 sionem non adquisierit, non quidem Consulto asseruerunt, venditorem possessionem tandiu retinere, quan-
 diu eam emptor non adquisierit, sed potius quandiu fundum non apprehendisset, quod ad amitten-
 dam possessionem sufficeret ex jam dictis.

Ex quibus difficultas occurrit questio, an scilicet posses-
 sionis traditio, seu translatio fieri sub conditione possit? In qua Cujas, et Giphani in d. l. 38. d. l.
 hoc tit. Patet in Rationali ad tom. in l. 1. de Servitut. Amaya lib. 2. Obierv. cap. 1. eo n. 13. et alij phaei
 contraries asserunt, possessionis traditionem, seu translationem sub conditione recte fieri, qui sequenti bus
 fundamentis utuntur: Legitimi dumtaxat actus non recipere conditionem dicuntur in l. 77. de Reg. Ju-
 sed possessionis traditio, seu translatio legitimus actus non est, ut omnibus patet: potest quod condi-
 tionem recipere. Rursum, dominij translatio sub conditione recte fit l. 1. Doti. d. l. 5. d. l. de Iure
 dotium. l. 2. d. l. de Donation. l. 5. Sub conditione. 16. de Solution. quod et possessionis translatio potest
 sub conditione fieri. Expendunt tamen in d. l. 3. in prin. d. l. 38. h. tit. et in d. l. 18. de Vi, et Vi arm.
 in quibus dicitur scriptum est, venditorem sub ea conditione possessionem amittere, si eam emptor
 adquisierit, et eum, qui absentis seruo scribit, ut in libertate maneat, in id tempus amitten-
 da possessionis destinationem confesse, quo serui certior factus sit. Expressam denique, et suo
 iudicio inevitabilem Iuliani destinationem asserunt, qua tota a natura, in d. l. 38. d. l. h. tit.
 ubi si quis fundi possessionem ita tradiderit, si ipsius fundus erit, docet Consulto, quod possessio
 tradita non intelligitur, si alienus fundus sit, et hoc amplius subjungit, possessionem sub
 conditione tradi posse, sicut rei sub conditione traduntur, nec aliter accipientis sunt, quia
 si conditio exprimerit. Sentit quod possessionis traditionem, dominijque translationem sub condi-
 one recte fieri.

Num. 11.

Vexio tamen contraria s. est, quam cum alij defendit Reres. 2. parte.
 de Verb. Oblig. tract. 2. de Stipulatione conditionali principio 3. de statu, et qualitate. Stipulat.
 Condition. n. 29. 30. et 31. asserens, possessionis traditionem, seu translationem fieri sub conditio-
 ne non posse; Cum enim questio, quinam actus conditionem possint recipere, quinam Vexio eam
 non admittant? Sequens erit adhibenda distinctio. Actus, qui in suo genere de presenti executi-
 onem non petunt, sed potius aliquid aliud spectant, delationem, et conditionem recipiunt; tales sunt
 contractus omnes, quos sub conditione utiliter celebrari nullus ignorat, tales etiam sunt testamen-

N. 12.

taxia fere omnes dispositiones, quae sub conditione conceptas parum legitimus; Actus vero, qui ab
 executione, et implemento substantiam accipiunt, et praesentem effectum sortientur, conditionem
 non admittunt; implicat enim, quod executivus actus sit, et quod ejus executio per conditionem
 suspendatur, tales profecto sunt legitimi actus, quos enumerat Papin. in d. l. 22. de Reg. Jur. ubi Vi-
 dendum Petri Faber, et plenius lib. 2. semita. cap. 22. cum seqq. talis etiam translatio domini est, quae
 tanquam ab executione substantiam capiens conditionem, ideo non admittit, quia fieri non potest, ut do-
 minium simul transferatur, et non transferatur, quemadmodum et ex eadem ratione servitium, quae
 sub conditione promittitur. l. Ex ultimo. 18. de V. O. sub conditione tamen non recte constituitur. l. 4.
 de Servitut. quia servitium constitutio ad differentiam promissionis executivus actus est, idque non
 modo in praedialium, sed et in personalium servitutum constitutione procedit, quamvis contra-
 rium teneant Cusac. lib. 2. Pauli ad Edict. in l. 4. de Usu. et d. quare. Papin. in d. l. 4. de Servit.
 Donell. lib. 11. Comment. cap. 10. et ibi Oruald. tit. C. Molina lib. 4. de Primogen. cap. 19. num. 21. et 22.
 Marius lib. 5. singular. opin. cap. 6. Galban. de Usu. cap. 31. num. 7. quorum opinionem improbat me-
 ritò Retes ubi supra num. 30. ex eo, quod personalium non minus, quam praedialium servitutum
 constitutio executivus actus est, qui nullam suspensionem admittit, et animadvertit eod. in d. l. 4.
 de Usu. l. unica. §. Item. 3. quando dicit Usu. leg. ced. l. 16. §. Usufructus. 2. famil. ex c. solum
 probare Usufructum à testatore, aut promissione, vel ab arbitrio ad dividenda bona assumpto ex
 die, aut sub conditione dari posse, cum legato, promissione, et adjudicatione executivi actus non sint,
 non autem evincere, Usufructum ex die, aut sub conditione posse constitui. Haec tamen amplius
 mi Praeceptoris doctrina licet in legato, et promissione recte procedat, in adjudicatione tamen
 falsa est, quae cum praesentem domini translationem continet. §. Vlt. ubi notant Interp. In iudic.
 de Officio Iudic. et Usufructus etiam constitutione l. 6. §. 1. de Usu. Executivus actus est, ac proinde
 dilationem non recipit. Dicerem sane libentius, dum alij meliora attulerint, eod. in d. l. 16.
 §. 2. famil. ex c. quatenus aseat, arbitrium ex die Usufructus recte adjudicare, ita exaudi-
 endum esse, ut ex die facta Usufructus adjudicatio summo quidem Iure non subvertatur; ex pra-
 toria tamen aequitate subvertatur ad instar servitutum praedialium, cuius ex die, vel sub condi-
 tione facta constitutio, quamvis stricto Iure sit inutilis, à Praetore tamen defenditur. d. l. 4.
 de Servit. Ex quibus omnibus evidenter inferitur, traditionem, seu translationem possessionis,
 utpotè quae effectum praesentem sortitur, executivum actum esse, ac per consequens fieri sub
 conditione non posse.

N. 13.

Nec pro contraria opinione supra expensa fundamenta ^{am. notiam executione,}
 quorum facile responderetur, non solum legitimos, sed et quocumque alios executivos actus diem,
 aut conditionem non recipere, ut nuper ostensum est, quinimo et legitimos eos actus, quos in d. l.
 22. de Reg. Jur. Papin. recitet, non ideo diem, aut conditionem respicere, quia legitimi, sed potius
 quia executivi sunt, ut de singulis late, et eleganter dixerit Petrus Faber d. lib. 2. Semitatum.
 cap. 22. cum seqq. et ea ratione possessionis traditionem, quae licet non legitima, executivus tamen
 actus est, fieri sub conditione non posse. 2.º fundamento respondeo, executivos actus, qui conditio-
 nem non recipiunt, tacite illam admittere, et à praevio actu dependentem, ut praeter vulgare
 acceptilationis exemplum, de quo in l. Quod in diem. 12. de acceptilat. in d. l. 22. de Reg. Jur.
 videtur est in translatione domini, quae licet ex causa puri, et simplicis venditi praecedenti fieri
 sub conditione non possit, si tamen praevia transferendi domini causa conditionalis sit, veluti
 causa futurae dotis mortui causa donationis, aut donationis inter vivos conditionalis eandem
 tacitaz recipit conditionem ex natura rei, in quibus terminis loquuntur eod. in d. l. 7. §. Vlt. d. l. 9.
 §. 1. de Iure dot. d. l. 2. §. 5. de Donation. d. l. 2. d. l. 29. de mort. cau. donat. eod. ne intelligatur in l. Om-
 nia. 1. de Reb. cred. Idemque in solutione servatur, quae ex conditionalis debiti causa sub eadem
 conditione recte fit. d. l. 16. de Solution. pro cuius pleniori expositione videnda, quae dicitur in aca-
 demic. de Vucation. cap. 3. num. 2. et 22. Nec magis obstant eod. in d. l. 31. in prio. hoc tit. et in d.
 l. 18. de Vi. et Vi armata, in quibus venditor de presenti emptori fundum non tradidit, sed cum in
 fundi possessionem ire iuravit, qui actus cum in futurum tempus confertur, executivus dicitur non
 potest, nec enim praesentem possessioni continet translationem, sed ejus dicitur in futurum
 transferenda destinationem, quae sub ea conditione, si fundum emptor apprehenderit, recte fit.
 Ex qua etiam doctrina intelligo eod. in d. l. 38. in prio. hoc tit. in quo ideo cum qui

seruo, ut in libertate moraretur, & exisset, ejus possessionem non statim amittere, sed ubi ad verum
 Epistola pervenerit, Cujacius existimabat, quia per epistolam manumissio, quae legitima, aut solem-
 nis actus non est, nulla conditione peragitur, falso tamen, Nam si per epistolam manumissio Executi-
 vus actus esset, quamvis minus solennis, non est magis conditionem recipere ex supra dictis, nullamque
 aliam rationem quaerere opus est, quam quae ex superioribus descendit, et à Iuliano in ipso textu tra-
 dita, per epistolam manumissio non in praesenti, sed in futurum tempus confertur, quo scilicet Domini
 literas servus acciperet. argum. tibi. in l. Abien. de Donation. juncto Cheno d. lib. t. interpretat.
 cap. 32. per totum: Executivus itaque actus non est, et quamlibet conditionem amittit testamentariis
 manumissionis exemplo, quae quia in futurum confertur, nec praesentem effectum sortitur, sub qua-
 cunque conditione recte relinquitur.

N. 14.

Difficilior nunc superest exponendus tibi. in d. l. 38. §. hoc
 tit. in quo idem dominij translationem conditionem illam recipere, si fundus tradentis sit, existi-
 mat Reter ubi supra n. 29. quia, hujusmodi conditio necessaria inveniatur, et de natura transla-
 tionis dominium est, quae etiam si non exprimeretur, traditioni tacite inest. ex generali regula
 tibi. in l. Traditio. 20. de acquir. Ter. domini. l. Nemo plus. 54. de Reg. Jur. et quod in fine textus
 scribit Consultus, traditionem sub conditione tradi posse, iuxta subjectam materiam accipien-
 dum esse laudatus Praeceptor contendit de conditione scilicet ad ipsius traditionis Valorem ne-
 cessario. Verum haec Praeceptoris notae sunt, cui subscribit, nec ingenio, nec iudicio inferior, ejus
 etiam discipulus, meusque venerandus Magister D. Didacus de la Serna in Academi. de servit.
 cap. 2. n. 2. licet quoad dominij translationem vera sit, falsa tamen est circa possessionis traditio-
 nem, de qua loquitur Iulianus in d. l. 38. §. h. Conditio illa si fundus tradentis sit, est quidem
 necessaria ad translationem dominij, non vero ad translationem possessionis, quae cum in alij non
 minus quam in proprijs, rebus potest consistere, etiam si fundus alienus esset, à tradente
 amitteretur, et in accipientem transferretur, nisi eadem conditio traditioni fuisset appo-
 sita: §. eam etiam conditionem possessionis traditio recipit, quae ad ejus translationem necessa-
 ria non est. Duplicem itaque interpretationem pro difficillima Iuliani decisionis intelligi
 excogitavi, utramque proponam, ut eam, quae magis vobis placuerit, eligatur. Ex primo dici po-
 terit, conditionem illam, si fundus tradentis sit, traditioni possessionis adjectam, ita accipien-
 dam esse, si fundus tradentis sit, non quidem quoad dominij, sed quoad possessionis causam,
 cuius improprium, et habituale dominium dare vulgo Interpretes observant ex l. 2.
 Cod. Theod. de Bonis maternis; haec autem conditio sic accepta proculdubio ad possessionis
 translationem esset necessaria, et licet expressa non fuisset, tacite tamen inest; nec enim po-
 ssessionem, quae penes tradentem non est, in accipientem potest transferri. Quod vero postea subiecit,
 possessionem sub conditione tradi posse, sicut res sub conditione traduntur, cum sensum ha-
 bere contendit, non ut quamcunque diem recipiat dominij, et possessionis translatio, sed ut
 sub eadem conditione recte possessio transferatur, sub qua et dominium potest transferri,
 ut quemadmodum ubi conditionalis causa praecedit, sub eadem conditione revertitur domi-
 nium transferatur, uti in iuris superioribus num. adductis, sic et sub eadem conditione
 recte possessio transferatur, cum tacitam conditionem, et à praevio actu dependentem exe-
 cutivi omnes actus admittant. d. l. 12. de acceptat. d. l. 22. de Reg. Jur. cum similibus.

N. 15.

Secundo dici posse existimo, Regulam, quae habet,
 Executivos actus recipere conditionem non posse, ad eas dumtaxat conditiones pertinere,
 quae quia ad futurum tempus referantur, actus suspensionem inducunt, non vero ad condi-
 tiones, quae ad praesens, vel praeteritum tempus referuntur, quae licet conditiones dicantur,
 vero tamen, et proprie conditiones non sunt, figuram solum obtinent conditionum,
 non vim, et potentiam, cum omnino vel statim actum infirmant, vel omnino non differant.
 l. Cum ad praesens. 37. cum duab. seqq. de Ver. cred. l. Cum in secundo. 16. Veri. multum, et
 Veri. quod si. de Injuncto Negro. l. Eas causas. 80. de Condit. et Dem. l. Conditio. l. Si repu-
 latus. 12. de Ver. oblig. §. Conditiones penult. Instit. eod. Contra lib. select. cap. et 2. Cusac.

definit. Papin. lib. 1. in d. l. 3. de Reb. cred. et 3. quart. ejusdem in d. l. Ro. de Verb. Oblig. Do-
 nell lib. 8. Comm. cap. 30. et in posthum. Comment. ad d. l. 3. Gomez. 1. tom. Pariaz. cap. 12. n. 69. Execu-
 tivus itaque actus, quorum natura qualibet suspensio repugnat in futurum conceptam conditio-
 nem non admittunt; ad praesens autem, vel praeteritum tempus relaxam conditiones, quae execu-
 tionem non remouent, recipiunt, ut praeter efficacem Iuris rationem probant exempla filij sui her-
 redi, qui licet sub ea conditione, quae in ejus potestate non sit haere inuitate inuitatur,
 nisi in ejus defectum sit exheredatus. l. 4. C. de Inst. et subtit. cum similibus, sub ea tamen
 conditione, quae ad praesens, vel ad praeteritum tempus refertur, recte haere inuitatur. l. 10.
 S. 1. de Condiz. inst. juncto Cora d. lib. 1. select. cap. 1. et Parioni, qui si ex parte in testamento
 liberti sub ea conditione haere inuitatur, quae adita a coharede haereditarij tempore
 non dum existeret, ejus eventum non expectato, potest contra tab. bonorum ponere accipere. l. 3.
 S. Quid ergo. de Boni libertor. Si vero sub conditione ad praeteritum, vel in tempus
 praesens collata haere scriptus sit, sub conditione institutus non intelligitur d. l. 3. S. Si
 tamen. 13. de Boni libertor. Hinc facilius Iuliani explicatio descendit, qui in d. l. 38. S. hoc tamen.
 Executivum translationis possessionis actum eam conditionem recipere scribit, Si fundus
tradentis sit, quae etsi non de possessione, sed de dominio accipitur, quia tamen ad pra-
 sentis tempus refertur, et nullam suspensionem inducit, executivo translationis possessionis
 actui utiliter adici potest; quia vel fundus revera tradentis est, et possessio a tradente
 statim amittitur, et in accipientem transfertur, vel tradentis non est, et possessio genes
 tradentem remanet, nec in accipientem transfertur, et eam Iuliani esse mentem ex ip-
 sius tui littera nec obicere, nec inutiliter foras evinco. At Cui, quod siquis fundi
 possessionem ita tradiderit, si ipsius fundus sit possessio tradita non videtur, si alienus
 fundus sit, subjungit, possessionem sub conditione tradi non dicit, nam oratio illa Si
fundus tradentis sit, utpotest in praesens tempus collata, figuram solum, non conditionis potes-
 tatem importat, in secunda hoc amplius addicit, possessionem sub conditione tradi posse; Lo-
 quitur quidem de necessaria, et intrinseca conditione, ut anteriori numero dixi; in futurum
 tempus collata, ut constat ex ultimis tui Verbis, in quibus non aliter dominium, et possessio-
 nem transferri in accipientem docemur, quam si conditio existerit, quae dici scilicet potest de
 conditionibus in futurum tempus collatis, quarum incertus est exitus, et eventus, non de his,
 quae ad praesens, vel praeteritum tempus referunt: in id igitur Iuliani contextus recidat, ut posse-
 sio sub ea conditione, quae ad praesens, vel praeteritum tempus refertur, utiliter transfe-
 ritur, quia executivus translationis actus per huiusmodi conditiones nullam recipit sus-
 pensionem, et sub ea etiam conditione, quae ad futurum refertur, posse transferri, diemmo-
 do tacita sit, et a praevia conditionali dispositione dependeat =

N. 16.

Sed Obijcies difficillimuz Afri-
 cani responsuz in l. Cum qui. S. S. Vlt. de acquir. hered. ubi haereditarij aditio sub ea con-
 ditione Si solvendo haereditas est, inutilis esse dicitur. Tunc sic: Aditio haereditarij, quae
 praesentem rem haereditariarum continet acquisitionem. l. 23. hoc tamen. et tanquam actus
 executivus conditiones non admittit. l. 11. de Reg. Iur. nec sub ea etiam conditione, quae ad
 praesens tempus refertur, potest fieri: quod actus executivus nec eam conditionem accipit, quae
 ad praesens, vel praeteritum tempus refertur, ac per consequens possessionis translatio fieri
 sub ea conditione non potest, Si fundus tradentis sit. Crevit difficultas ex eo, quod executi-
 vi actus non solum conditiones, sed nec ullam moram admittunt. d. l. 11. de Reg. Iur. sed con-
 ditio, quae ad praesens, vel praeteritum tempus refertur, quamvis actionem non suspendat, moram
 tamen continet, donec probari possit, eam existere, vel defecisse: quod nec huiusmodi conditiones
 executivi actus recipiunt, ut hoc sola ratione ducimus exultimat Pichardus in d. S. penult. Inst. de
 de Verb. Oblig. num. 5. Cui difficultati ut respondeam ex in d. l. S. S. Vlt. de acquir. hered. praeter
 Inter-

Interpretum captum ita intelligi posse existimo, si dicamus, quod Africanus aere, hereditatem sub ea conditione adire non posse, Si solvendo est, n. generaliter accipiendus, sed ad filium fam. ab extraneo heredem institutum restringendus. Dixerat Consul in S. d. l. g. S. filium fam. heredes institutus, cui pater fuerat, ut ita demum hereditatem adiret, si eam idoneam comperisset, quandiu per suum ei n. sit hereditatem solvendo esse inutiliter adire. In S. N. quærit, an si quis filius, scilicet familias, (ut sic h. s. procedenti cohereret) sine jure Patri ita hereditatem adiret Si solvendo est, utilis aditus sit? Dubitandi ratio hæc erat, Ideo filius fam. sine jure Patri adire hereditatem n. poterit, ne eum invitum hereditarij oneribus obstringat. l. g. Qui in aliena. 6. de acquir. hered. Sed ubi hereditas solvendo existit, cenat sane metu superioris incommodi: g. filius fam. etiam si patrem suum n. præcesserit sub ea conditione Si solvendo est, poterit hereditatem adire; Contrarium autem Africanus Respondit, ideo quia licet hereditas locuples, et solvendo existat, hæres tamen per ejus aditionem creditoribus respondere tenet; filius autem invitum patrem obligare x. alieno n. poterit. d. l. g. de acquir. hered. Conducit Vulgare Pupilli exemplum, qui sine tutoris auctoritate lucrosam adhuc, nec ullum damnum habentem adire ideo n. permittitur, quia obligari abique tutoris auctoritate non poterit. l. 9. S. Hereditatem. 3. de auctor. tutor. S. Instit. eod. tit. Regulariter ergo sub ea condit. ad præsens tempus relata, si solvendo hereditas est, aditus utilis fit, quemadmodum et ceteri executivi actus eandem conditionem recipiunt, à qua tamen regula filius fam. excipitur, qui si patrem suum n. præcesserit, nec sub hujusmodi conditione adire hereditatem permittitur. Nec tunc obstat, quoad præsens, vel præteritum relata conditio aliquam saltem moram contineat Viget dum de ejus Veritate, aut falsitate constat; Nam actus executio nec mora, nec conditione suspenditur, sed propter actionis dumtaxat incommodum excipitur, qui Veram, vel falsam esse conditionem contendit, ut ecce in specie d. in d. l. 38. S. h. tit. possessionis translatio n. suspenditur, quæ vel statim in accipientem transfertur, vel omnino penes tradentem permittit; is autem, qui se possidere contendit, Veram, vel falsam conditionem esse, id est propriam, vel alienum fundum esse ostendere tenetur, nisi amissa, vel retente possessionis Veritas dignoscatur = Nec per Veram dumtaxat traditionem possessio amittitur, et in accipientem transfertur, ut latè jam vidimus, sed et aliquando solo animo stricta possessio in latam mutatur, et in alium potest transferri, Veluti si is, qui strictè possidebat, alieno nomine se possidere constituat, hoc ipso strictè possidere desinit, latam solum retinet possessionem; strictam autem in eum transferat, cujus nomine possidere constituit. l. Quod meo. 18. hoc tit. juncti, quæ d. in 2. cap. n. 19. Nec obstat, quod Celsus ait in d. l. 18. eum, qui cum ipse possideret alieno nomine se possidere constituit, sibi possessionem mutare, sed possidere desinere, et suo minuterio alium possessionem facere; Id namque ad strictam, n. ad latam possessionem spectat, qui cum strictè possideret, alieno nomine se possidere constituit; strictam quidem possessionem in aliam strictam n. mutat, sed latam solum retinet possessionem, et strictam, quam amittit, in eum transferat, cujus nomine possidere constituit; aliud vero est possidere strictè, alieno nomine, latè videlicet possidere; nam strictè is possidet, cujus nomine possidetur, quemadmodum et g. Paulus scribit in d. l. 3. S. Si i. Co. hoc tit. depositarium, aut Commodatarium, cui à deponente, vel commodante res vendita, aut donata est, sibi possessionis causam mutare non videtur, quia nec possidebat quidem, ad strictam, n. ad latam possessionem debet referri, lata possessio, quæ apud depositarium, aut Commodatarium existit venditionis, aut donationis causa secuta, in strictam quidem mutatur; stricta autem possessio per Emptionem, aut donationem mutata dici non poterit, ut potè quæ ante novam emptionem, aut donationem causam apud depositarium, aut Commodatarium non existebat. Nec mirum, quod nova accedente causa lata possessio in strictam posse mutari; Nam et videmus, quod licet generaliter traditum sit in d. l. 3. S. Illud 19. hoc tit. l. 2. S. Pro herede. l. 5. Cod. hoc tit. Neminem sibi posse causam possessionis mutare; hæc tamen Regula fallit, ut qualitas possessionis

Suam esse scivisset, n̄. conduxisset; Amittenda itaque possessionis animum habere non creditur; Si vero rem, ut suam conduxerit, adesse Dominum, et possessorem esse non ignorans. Tertio traditur Refert, an proprietati respectu, an vero solius possessioni intuitu conduxerit; Nam possessioni intuitu utilis est locatio. facti argum. a simili sic Textyllian. evincit, licet regulariter rei propria emptio, aut stipulatio sit inutilis. l. 82. de Ver. Oblig. §. 2. In tit. de Inutilib. Rei tamen propria possessio Iure ab altero occupata in Emptioni, aut stipulationi contractu recte deducitur. l. 34. §. 4. de Contrah. Empt. cum nihil commune habeat proprietatis cum possessione. l. 12. §. 1. hoc tit. et aliud sit rei pretium, aliud possessionis. l. 3. §. 1. de Ver. Oblig. §. 1. Vnde possidetis; q̄. similiter quamvis conditio ad instar precarii, in re propria consistere n̄. potest. l. 40. §. 1. de Ver. Oblig. h. tit. l. 45. de Reg. Iur. Valida tamen est possessio intuitu ad instar precarii, quod in re propria possessioni respectu utile est. l. 36. et 37. hoc tit. l. 6. §. 1. de Precario; ex eo autem, quod utilis sit locatio, satis colligitur, conductorem scilicet possessionem amittere, eamque in locatorem transferre; Nam hoc ipso incipit conductor locatoris nomine possidere scilicet si possidet, cuius nomine possidet. l. 18. hoc tit.

N. 20.

Si autem (quæ est altera posteriori distinctionis pars) Rem ut suam proprietati respectu aliqui conduxerit, quamvis se Dominum, et possessorem esse sciat, inutilis quidem est locationis contractus, ut indicat Textyllianus in d. l. 28. et affirmat exemplum deponi, et Emptioni, et Venditioni, quæ rei propria nulla habita distinctione scientiæ, vel ignorantie, inutilis esse dicitur in d. l. 16. de Contrah. Empt. Cui doctrina n̄. obstat tō. in d. l. 20. C. de Locato, ubi ex eo, quod dicitur, cum, qui Rem propriam ignorans conduxit, inefficacem locationis contractum constituisse, n̄. recte inferri, inter scientes rei propria locationem subvertitur. Item quia idem de stipulatione avertitur in l. 1. §. 1. de Oblig. et Actio. quæ tamen respectu rei propria etiam inter scientes concepta inutilis est, ut communiter notant Interpretes in d. §. 2. In tit. de inutilib. stipulat. quod idem foveat scriptum sic est, quia inter ignorantem frequentius quam inter scientes rei propria locatio, aut stipulatio contrahitur, sicuti et ex eadem ratione in d. l. 5. §. 9. de Oblig. et Actio. et in d. §. 2. In tit. de inutilib. stipulat. docemus, quod liberi homini, aut cuilibet alterius rei a comærio exempta inter ignorantem facta stipulatio inutilis est; quæ tamen adhuc inter scientes non Iure contrahitur, tum etiam quia licet rei propria locatio inter scientes n̄. magis, quam inter ignorantem utilis sit, illud inter scientem, et ignorantem conductorem veritate dicitur, quod qui sciens rem propriam conduxit, mercedem eo nomine præstitam repetere n̄. potest; qui vero ignorans conduxit solvere ex ea causa mercedis conditionem habet, ut a simili probant tō. in l. 37. de Condit. indeb. d. l. 16. de Contrah. Empt. juncta generali reg. tō. in l. 53. de Reg. Iur. et juncti, quæ docent Donell. lib. 12. Comment. cap. 20. Cusac. et Anton. Faber in dicti l. 16. Petri Barboia in d. l. 45. de Reg. Iur. Ex quibus evidenter, n̄. fallor, inferitur, cum, qui rem ut suam proprietati respectu conduxit, quamvis se Dominum, et possessorem esse sciat, nec id locator ignoret, nec dominium, nec possessionem amittere; Nam dominium amittere conductor non utiliter potest, quam si illud in locatorem transulerit ex supra dicti num. 16. circa finem; dominium autem acquiritur locatori n̄. fuisse illud ostendit, quod alioquin rei in locatori dominium translata utilis esset conductio, quam tamen inutilem esse jam diximus. Quo solo argumento convincitur contraria fluxum Antiquorum opinio, quam defendit Petrus Barboia in d. l. 11. soluto matrim. n̄. 109. qui ex eorum mente contendit in conditione rei propria inter scientes contracta præsumptam donationem contineri, et ex ejus causa dominium in locatorem transferri, et in id expendit tō. in l. 11. de Rei Vindic. et Expendere etiam potuit difficultas, quæ respectu rei conductæ nullam donationem præsumit, ut melius sentiunt Bartholus in d. l. 28. h. tit. num. 8. Paulus Castrensis num. 3. Alexander num. 20. Ripan. 26. et alij relati a Barboia ubi nupes. num. 103. sed solum respectu mercedis eo nomine præstitæ, cuius conditioni locus non est. argum. tō. in d. l. 16. de Contrah. Empt. Nec in contrarium facit tō. in d. l. 11. de Rei Vindic. in cuius serie expressa donatio conductio præcedit, ex cuius causa dominium simul cum possessione in donatarium, eundemque locatorem transfertur, ut dixi cap. 2. num. 18. et num. 20. et 21. Sed nec magis obstat tō. in d. l. 23. C. de Locato, qui eadem interpretatione accipiendus est, qua tō. in d. l. 20. C. eodem, ut nupes explicuimus =

Ut exiis nec per rei propria conductionem inter scientes facta
 possessionem amitti sic efficaciter probatur. Si possessio a conductore amitteretur, maxime quia ex
 quo conduxit, n. sibi, sed locatori possidere constituitur; atqui per conductionem falsam proprie-
 tatis respectu locatori possidere constituitur n. intelligitur: p. possessionem n. amittit. Minor prob.
 Si locatori possidere constituitur, possessione n. modo amittitur, sed et in locatorem transiit, quin
 conductionis obiter inutilitas, cum possessionis translatio nullo etiam titulo precedente
 sola voluntate, cui naturalis accesserit intentio, possit experiri. d. l. 1. §. Si vis 4. hoc tit.
 juncti, quae dicitur num. 6. sed possessio translata in locatorem non fuit, alioquin ejus respectu
 utilis deberet esse conductionis, quam tamen inutilem proximo esse hactenus asserimus: q. nec
 a conductore fuit amissa. Patet conseq. quia in presenti nisi idem animus ad amittendam,
 et transferendam possessionem exigitur; atqui transferenda possessionis animus non datur: q.
 nec amittenda. Maneat itaque rei propria conductionem etiam inter scientes proprietatis
 intuitu contractam inutilem adeo esse, ut nec dominij iacturam, nec magis possessionis ami-
 ssionem inducat. Quod idem dicendum e, si rem suam, ut suam simpliciter aliqui con-
 duxerit; quamvis etenim n. exprexit se proprietatis intuitu conducere; adhuc tamen inutilis
 contractum efficit. argum. tot. in l. Debitor 40. in prio. et 5. 2. de Pignor. act. juncti quae
 tradunt Cusac. ibi lib. 3. Respon. Papin. Labor in Ration. ad rom. in d. l. 34. 54. de Contract. emp.
 Arias de Mesa lib. 4. Variar. Resolut. cap. 33. num. 11. Nec etiam possessionem amittit, quae non
 aliter amittitur, quam si ejus intuitu conductionis specialiter contracta, ut docet, quamvis
 n. satis percipiat Cui in d. l. 28. hoc tit. quidquid cum alij contractus defendat Barbo-
 sa in d. l. 11. Solutio maxim. num. 111. Haec de amittenda possessionis modi dicta sufficiunt,
 nisi illud nunc necessario admonendum esset, per intentum rei possessio amissionem posse-
 ssionis contingere, et ea ratione in d. l. 30. §. Item q. mobile. In fine hoc tit. possessionem
 amitti, nisi, quod aliqui possidebat, in aliam speciem translatum sit, veluti si ex lana
 vestimentum factum sit; perit namque quodammodo, quod in aliam speciem transfertur,
 adeo ut et si ex aliena materia speciei aliqua facta sit, siquidem ad primitivam, et rudes
 materiam reduci n. possit, ejus dominium simul cum possessione iure gentium ei acqui-
 ratum, tot. in l. A deo. §. Cum qui. de acquir. Res. dom. §. Cum ex aliena. 25. Inrit. de
 Verum dicitur. ubi communiter Doctores, quibus addendus est Cuius lib. interpret. cap. 30. et 31.
 Si vero ad primitivam adhuc materiam possit reverti, quamvis ejus dominium penes mate-
 riam Dominium permaneat ex dictis Iuribus, possessio tamen ei, qui fecit, acquiritur, et ma-
 teria Dno amittitur ex defectu facultatis ad rem ipsam accedendi. Nec tunc obstat, quod
 Paulus in d. l. 30. §. 4. hoc tit. de ea solum specie loquatur, quae ad primitivam materiam re-
 duci n. potest; Nam ultra Interpretes respondeo, ideo Paulum de ea solum specie tractare,
 quae ad primitivam materiam reverti n. potest, quia generaliter scribit, materia possi-
 amitti, ubi ex ea speciei aliqua facta sit, sive a Domino, sive ab alio, quod tunc solum
 Verum esse potest, ubi speciei ad primitivam materiam reverti non potest, quo casu ma-
 teria, quae jam perit possessionem, quicquid speciem fecerit, sive si Dominus
 sit, sive extraneus, necessario debet amittere, non idem de ea specie,
 quae ad rudem adhuc materiam potest reduci, dicendum esse
 quam si Dnus fecerit materiam, possidere n. desinit, ut
 potest quae n. ideo extinguatur. d. §. 25. Inrit. de Res. §.
 dicit. Si vero extraneus ipse quidem materia
 possessionem acquirit, quam necessario Dnus
 amittit. Nonnulli etiam alij amittenda
 possessionis modi stant in l. 23. §. et in
 d. l. 30. in prio. hoc tit. quos quia jam
 satis explicui in Academic. de Vru
 cap. 1. n. 11. et 12. et n. 20. cum et
 duo huius seq. nunc exponere
 Super sedes.

De Personis, per quas possessio acquiritur, retinetur, aut amittitur.

Singulis hucusque acquirenda, retinenda, et amittenda possessionis modi percurramus. Iam ad posteriorem nostrae tractationis partem devenimus de Personis, per quas possessio acquiratur, retinetur, aut amittitur. Acquiratur autem possessio non solum per nos metipsum, sed et per servos, aut filios fam. quos in potestate habemus. l. 1. §. Adipiscimur. 2. et §. Item. 5. hoc tit. cum alijs pluribus; In eo tamen distat Acquisitio possessionis ab acquisitione dominij, aut obligationis, quod cum servi, aut filij fam. dominus, aut obligationes inviti, et ignorantibus dominus, et parentibus ex omnibus penè causis acquirant. l. 32. de acquir. rer. domin. l. 62. de Verb. Oblig. §. Item nobis. 3. Invis. Per quas person. nob. acquir. possessionem tamen non nisi scientibus acquirunt. l. 3. §. 12. l. 44. §. 1. Verum. nam si non ex causa. hoc tit. l. 2. §. Celsus. 12. Pro emptore, quia possessio corpore simul, et animo acquiratur, et licet corpore etiam alieno, animo tamen non nisi proprio acquiri potest, et debet, ut docet Paulus lib. 5. Sentent. tit. 2. de Vucap. in prin. et in d. l. 3. §. 12. hoc tit. Excepta peculiari causa, ex qua Iure singulari receptum est, ut ignorantibus etiam Dominus, et parentibus possessionem, et quod magis est Vucapiendi conditionem servi, et filij fam. acquirant. d. l. 4. §. 5. d. l. 3. §. 12. d. l. 44. §. 1. h. tit. l. Labeo. 8. de Vucap. d. l. 2. §. 11. et 12. Pro emptore. d. l. 4. §. 5. d. l. 3. §. 12. d. l. 44. §. 1. h. tit. l. Labeo. 8. de Vucap. d. l. 2. §. 11. et 12. Pro emptore. d. l. 4. §. 5. d. l. 3. §. 12. d. l. 44. §. 1. h. tit. Cuius. lib. 23. quæst. Papin. in d. l. 44. §. 1. hoc tit. et in l. Iuris. 44. §. 3. de Vucap. Cumanus lib. 3. Comment. cap. 8. n. 9. Donell. lib. 5. Comm. cap. 8. et ibi Ouald. lib. 0. Valentia lib. 1. Illux. tract. 2. cap. 8. per totum =

Num. 1.

